Digitized by Google

Digitized by Google

LD 24/19 3

Digitized by Google

Digitized by Google

PASTORALE

PARISIENSE.

TOMUS III.

Digitized by Google

Digitized by Google

PASTORALE PARISIENSE,

ILLUSTRISSIMI ET REVERENDISSIMI DD.

ANTONII-ELEONORII-LEONIS

LE CLERC DE JUIGNÉ,

ARCHIEPISCOPI PARISIENSIS,

Ducis Sancti-Clodoaldi, Paris Franciæ, &c. auctoritate editum.

TOMUS III.

Vænit viginti-ſex libris non compactum.



PARISIIS,

Excudebat CL. SIMON, Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi DD. Archiepiſcopi Pariſienſis Typographus, viâ San-Jacobæâ.

M. DCC. LXXXVI.

Digitized by Google

Digitized by Google

FESTA

Quæ, in Diœceſi Pariſienſi, ex præcepto, cum ceſſatione laboris obſervanda ſunt.

Dominica Paſchæ, Dominica Pentecoſtes, Dominica SS. Trinitatis, cæteræque per annum Dominicæ.
Feria ſecunda & tertia Paſchæ.
Aſcenſio Domini.
Feria ſecunda & tertia Pentecoſtes.
Feſtum Corporis Chriſti.
Octava Corporis Chriſti, *uſque ad meridiem tantùm.*
Feſtum Patroni Titularis in qualibet Parochia.
Feſtum Patroni præcipui.
Dies anniverſarius Dedicationis Eccleſiæ.

MENSE JANUARIO.

Die 1. Circumciſio Domini.
Die 3. Feſtum Sanctæ Genovefæ, Virginis, Pariſiorum Patronæ.
Si occurrat die Dominicâ, non transfertur, ſed eâ ipſâ die celebratur.
Die 6. Epiphania Domini.

MENSE FEBRUARIO.

Die 2. Præſentatio Domini in Templo, & Purificatio B. Mariæ Virginis.

MENSE MARTIO.

Die 25. Incarnatio Domini B. Mariæ Virgini annuntiata.
Si hoc Feſtum occurrat Dominicâ tertiâ vel quartâ Quadrageſimæ, vel Dominicâ Paſſionis, transfertur in Feriam ſecundam ſequentem, & feſtivatur.
Si autem occurrat à Dominica Palmarum incluſivè uſque

Digitized by Google

ad Dominicam in Albis depositis, etiam inclusivè, transfertur in Feriam secundam post hanc superiorem Dominicam, (etiamsi alicubi eâ Feriâ occurrat Festum Patroni Titularis, vel Patroni præcipui) & pariter festivatur.

MENSE JUNIO.

Die 24. Nativitas S. Joannis Baptistæ.

Si hoc Festum concurrat cum Festo Corporis Christi, transfertur in Feriam sextam sequentem, & festivatur.

Die 29. Festum SS. Apostolorum Petri & Pauli.

MENSE AUGUSTO.

Die 15. Assumptio B. Mariæ Virginis, Ecclesiæ ac Diœcesis Parisiensis, totiusque Regni Patronæ.

Die 25. Festum S. Ludovici, Regis Franciæ.

Si occurrat die Dominicâ, non transfertur, sed eâ ipsâ die celebratur.

MENSE SEPTEMBRI.

Die 8. Nativitas B. Mariæ Virginis.

MENSE OCTOBRI.

Die 9. Festum S. Dionysii, Galliarum Apostoli, primique Parisiensis Episcopi, ejusque Sociorum S. Rustici Presbyteri & S. Eleutherii Diaconi, Martyrum.

MENSE NOVEMBRI.

Die 1. Festum omnium Sanctorum.

Die 2. Commemoratio omnium Fidelium Defunctorum. *Festivatur usque ad meridiem tantùm.*

Si occurrat die Dominicâ, transfertur in Feriam secundam sequentem, & similiter festivatur usque ad meridiem.

Digitized by Google

MENSE DECEMBRI.

Die 8. Conceptio B. Mariæ Virginis.

Si hoc Festum occurrat die Dominicâ, transfertur in Feriam secundam sequentem, & festivatur.

Die 25. Natale Domini.
Die 26. Festum S. Stephani Proto-Martyris.
Die 27. Festum S. Joannis Apostoli & Evangelistæ.

¶ *Apostolorum Festa quæ jam non festivantur, nihilominùs, tanquam* Festa ad devotionem, *populo annuntianda sunt; ne veneranda Religionis fundatorum memoria è Fidelium animis excidat.*

Jejunia ex præcepto servanda; in quibus fit abstinentia à carnibus, atque etiam ab ovis, nisi ovorum usus per Mandatum à D. D. Archiepiscopo concedatur; & in quibus lactis & butyri usus jam multis ab annis ex indulgentia conceditur; pro qua obtinenda, fiunt singulis annis, Dominicâ Quinquagesimæ ante Missam, Processiones Parochiarum Urbis ad Metropolitanam Ecclesiam.

Jejunia Feriarum Quadragesimæ.

Jejunia ex præcepto servanda, in quibus fit abstinentia à carnibus tantùm.

Quatuor-Tempora, id est, Feriæ quartæ & sextæ cum Sabbatis, 1°. post Dominicam tertiam Adventûs, 2°. post Dominicam primam Quadragesimæ, 3°. post Dominicam Pentecostes, 4°. post Festum Exaltationis Sanctæ Crucis.
Vigilia Natalis Domini.
Vigilia Pentecostes.
Vigilia Nativitatis S. Joannis-Baptistæ.
Vigilia SS. Apostolorum Petri & Pauli.
Vigilia Assumptionis B. Mariæ Virginis.
Vigilia omnium Sanctorum.

Digitized by Google

Si qua ex his Vigiliis occurrat die Dominicâ, aut Festo cum cessatione laboris observato, tunc jejunium anticipatur Sabbato præcedenti, vel pridiè Festi in quo Vigilia occurrebat.

Sic, quandò Vigilia Nativitatis S. Joannis-Baptistæ occurrit in Festo Corporis Christi, jejunium anticipatur Feriâ quartâ præcedente.

DIES, in quibus, sine jejunio, fit abstinentia à carnibus & ovis (nisi concedatur ovorum usus per Quadragesimam), lacticiniorum autem usus indulgetur.

Sex Dominicæ Quadragesimæ.

DIES, in quibus fit abstinentia à carnibus.

Omnes Feriæ sextæ, eâ solummodò exceptâ, quâ celebraretur Natale Domini.

Sabbata, iis exceptis, quæ à Natali Domini inclusivè usque ad ejus Præsentationem (etiam inclusivè) occurrunt.

Dies Litaniæ-minoris, 25 Aprilis.

Si hæc dies occurrat die Dominicâ, vel intrà Octavam Paschæ, transfertur Litania & abstinentia in Feriam secundam sequentem, etiamsi Officium S. Marci transferatur in aliam diem, propter occurrentiam Festi semiduplicis, aut suprà.

Litaniæ-majores, seu Rogationes, triduo ante Ascensionem Domini.

DIES ORDINATIONUM.

Sabbata Quatuor-Temporum.
Sabbatum ante Dominicam Passionis.
Sabbatum Sanctum.

DIES SYNODORUM.

Primâ die non impeditâ post Dominicam in Albis depositis, Synodus Parochorum Urbis & Suburbiorum intrà primum lapidem, coram D. Officiali Diœcesano.

Digitized by Google

Feriâ quartâ Hebdomadæ II poſt Paſcha, Synodus Parochorum ruralium coram D.D. Archidiaconis.

Feriâ quintâ poſt diem quartum Julii, Synodus univerſi Cleri Diœceſis Pariſienſis coram D.D. Archiepiſcopo.

TEMPORA NUPTIARUM.

Non licet, ſine Diſpenſatione, Nuptiarum ſolemnitatem celebrare à Dominica prima Adventûs uſque ad diem Epiphaniæ incluſivè, nec à Feria quarta Cinerum uſque ad Octavam Paſchæ, etiam incluſivè : reliquis anni temporibus, Matrimonia celebrari & benedici legitimè poſſunt.

PRÆPARATIO Sacerdotis ad Sacramentum quodlibet miniſtrandum.

SACERDOS aliquod Sacramentum adminiſtraturus, ſi orationi ac rei divinæ quam peracturus eſt, meditationi aliquantulùm vacare, temporis defectu, non poſſit, ſaltem preces ſequentes, flexis genibus, & quàm poterit excitatiſſimo pietatis ſenſu recitet; nec eas unquam, niſi urgente neceſſitatis caſu, prætermittat.

VENI, ſancte Spiritus, reple tuorum corda Fidelium, & tui amoris in eis ignem accende.

℣. Emittes Spiritum tuum, & creabuntur;

℟. Et renovabis faciem terræ. *Pſ.* 103.

OREMUS.

ADESTO, Domine, ſupplicationibus noſtris, & me qui primus gratiâ tuâ indigeo, clementer exaudi; & cui, non reſpectu meriti, quod nullum eſt, ſed gratiæ tuæ dono hujus operis miniſterium contuliſti, da fiduciam exequendi muneris, atque in noſtro miniſterio quod tuæ pietatis eſt, operare. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Digitized by Google

Gratiarum actio poſt adminiſtratum quodlibet Sacramentum.

Ministrato Sacramento, pauliſpèr animum colligat Sacerdos, tum ut Deo gratias agat, quòd ſe tantorum Myſteriorum diſpenſatorem elegerit, tum ut, ſi quid in aliquo ritu deliquerit, animadvertat, & veniam à Deo poſtulet. Recitari ab ipſo poterit Oratio ſequens.

Oremus.

Omnipotens & miſericors Deus, qui mihi, indigno famulo tuo, ad ſacrum miniſterium peragendum adeſſe dignatus es; ne reſpicias delicta mea, ſed fidem Eccleſiæ tuæ; & præſta ut in famulis tuis gratia tua illud interiùs perficiat, quod exteriore à nobis opere exercetur; &, ſi quid in ipſo per noſtram fragilitatem defuit, hoc tuâ benignus miſericordiâ ſupplere digneris. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Digitized by Google



PASTORALE PARISIENSE.

TOMUS TERTIUS.

ORDO BAPTISMI INFANTIUM.

CUM solemniter administrandus est Baptismus, præparanda sunt ea quæ sequuntur :

1°. *Oleum Catechumenorum & sanctum Chrisma in suis vasculis.*

2°. *Sal in vasculo nitido, attritum, siccum & mundum, quod proprio Ritu benedicetur, ut ex eo aliquantùm in os Baptizandi intromittatur.*

3°. *Urceolus, aut aliud vasculum argenteum, vel ex alio metallo decorum ac nitidum, ad aquam è sacro Fonte hauriendam, & super Baptizandi caput fundendam.*

4°. *Pelvis ad excipiendam aquam è Baptizati capite defluentem, nisi statim aqua in Piscinam sacris inhærentem Fontibus delabatur.*

Digitized by Google

5°. *Gossipii seu bombycis lanugo, stupa subtilis, linteolum, aut aliquid simile, ad abstergendas unctiones.*

6°. *Duæ Stolæ, altera violacei, altera candidi coloris; vel una tantùm, quæ sit ex unâ parte violacea, ex alterâ verò candida, & quam Sacerdos opportunè invertat.*

7°. *Velum, seu linteolum candidum, vulgò* Chrismale, *baptizati Infantis capiti, loco vestis albæ, post unctionem Chrismatis imponendum.*

8°. *Cereus albus, Sponsori ardens porrigendus.*

9°. *Pastoralis Libri Tomus hic tertius.*

10°. *Ambo Parochiales Actorum Codices, in quos referatur Baptismus.*

Hæc cùm præparata fuerint, Sacerdos, ablutis manibus, fusâ ad Deum oratione, & directâ intentione, Superpelliceo & Stolâ violaceâ indutus, uno saltem secum adhibito Clerico, aliove ministro decenter vestito, Cereum accensum gerente, ad limen Ecclesiæ procedet, extrà & sub porticum, si quis sit, vel intrà, si desit, ubi scilicet expectare debent qui Infantem offerunt. Obstetrix Infantem brachio dextro sustinebit; stabit ad dextram Patrinus, & ad lævam Matrina. Sacerdos, cùm ad Infantem pervenerit, stans, ministrumque habens ad sinistram, versâ facie ad Infantem ejusque comitatum, interrogabit ut sequitur:

Operto capite.

Interrogatio. Quel Enfant présentez-vous à l'Eglise?

℟. Un Fils (*ou* une Fille).

Int. Est-il (*ou* est-elle) de cette Paroisse?

℟. Oui, Monsieur.

[*Si negativè responderetur, dimittendus esset Infans ad proprium Parochum, nisi esset baptizandi urgens necessitas, aut haberetur à Parocho vel Ordinario concessa licentia.*]

Int. Que demande-t-il (*ou* que demande-t-elle) à l'Eglise de Dieu?

℟. Le Sacrement de Baptême.

Int.

Digitized by Google

Int. N'a-t-on point ondoyé cet Enfant ?

℟. Non, Monſieur.

[*Si reſponderetur affirmativè, eſſet Sacerdoti inveſtigandum quo pacto geſta res fuiſſet, auditâ perſonâ quæ baptizaſſet, iis etiam quæ Baptiſmo interfuiſſent; ut, vel minimo in dubio, continuatis, ut ſequitur, Cæremoniis, Infantem ſub conditione baptizaret. Quòd ſi verò Infantem ritè baptizatum indubitanter conſtet, Cæremonias tantùm ei ſupplebit, juxta Ordinem inferiùs ſuo loco deſcriptum.*]

Int. Qui eſt le Parrain ?

℟. C'eſt moi, Monſieur.

Int. Qui eſt la Marraine ?

℟. C'eſt moi, Monſieur.

Int. Voulez-vous vivre & mourir dans la Foi de l'Egliſe Catholique, Apoſtolique & Romaine ?

℟. Oui, moyennant la grace de Dieu.

[*Si nollent ſic reſpondere, non eſſent admittendi.*]

Int. Quel nom donnez-vous à cet Enfant ?

℟. N. (*).

Impoſito nomine, Sacerdos ter exſufflabit in faciem Infantis, quaſi ad expellendum; & ſemel dicet:

Recéde, immunde ſpíritus, ab hac imágine Dei; & da locum Spirítui ſancto Paracléto. Operto capite.

Poſteà dextro pollice in fronte ſignabit Infantem in modum Crucis, eum nomine compellans, & dicens:

N. Signum ſanctæ Crucis Salvatóris Dómini noſtri ✠ Jeſu Chriſti fronti tuæ impóno.

(*) Vide Indicem Sanctorum, ad calcem.

Digitized by Google

Tum in pectore ſuper faſcias illum pariter ſignabit, dicens:

N. Signum ſanctæ Crucis Salvatóris Dómini noſtri ✠ Jeſu Chriſti péctori tuo impóno.

Continuò, impoſitâ dextrâ ſuper caput Infantis, recitat Orationes.

OREMUS.

Aperto capite. PRECES noſtras, quæſumus, Dómine, clementer exaudi; & hunc Electum N. (*vel* hanc Electam N.) Crucis Domínicæ ✠, (*hic Sacerdos Infantem Cruce ſignat in fronte*) cujus impreſſióne eum (*vel* eam) ſignámus, divínâ virtúte cuſtódi; ut ad fontes aquárum vivéntium cœleſtemque regeneratiónem, ſecundùm propóſitum tuum & grátiam, váleat pervenire. Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

℟. Amen.

OREMUS.

OMNIPOTENS ſempiterne Deus, Pater Dómini noſtri Jeſu Chriſti, réſpice propítius ſuper hunc fámulum tuum, quem (*vel* ſuper hanc fámulam tuam, quam) ad Fídei donum vocáre dignáris: áperi, Dómine, illi jánuam miſericórdiæ tuæ; diſrumpe láqueos ſátanæ quibus eſt alligátus (*vel* alligáta); ut, Fonte ſacro dealbátus (*vel* dealbáta) in ſánguine Agni, ómnium póſteà cupiditátum cáreat inquinamentis, tibíque in Eccléſia tua cum exultatióne ſérviat, & de virtúte in virtútem perſequátur ad bravíum ſupernæ vocatiónis tuæ in eódem Chriſto Jeſu Dómino noſtro; Qui tecum vivit & regnat Deus.

℟. Amen.

Digitized by Google

Oremus.

DEus, qui humáni géneris ita es cónditor, ut ſis étiam reformátor; propitiáre pópulis adoptívis, novóque Teſtamento novam in Chriſto ſóbolem aſcríbe; ut filii promiſſiónis, quod non potuérunt áſſequi per natúram, gáudeant ſe recepiſſe per grátiam. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

¶ *Completis Orationibus, ſal à Sacerdote benedicitur, niſi adſit jam Ritu ſequenti benedictum, quod ſcilicet pluriès adhiberi poteſt.*

℣. Adjutórium ✠ noſtrum in nómine Dómini,
℟. Qui fecit cœlum & terram.

Sacerdos Exorciſmum pronuntians, dextram ſupra ſal benedicendum extenſam tenet.

EXorcizo te, ſal, creatúra Dei, in nómine Patris ✠ omnipotentis, & Fílii ejus Dómini noſtri ✠ Jeſu Chriſti, & procedentis ab utróque Spíritûs ✠ ſancti. Exorcízo te per Deum ✠ vivum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ ſanctum; per eum qui te ad uſum géneris humáni creávit, & propter initiandos in tua Fide pópulos per noſtrum miniſtérium conſecrári vóluit. Operto capite.

Rogámus ergò te, Dómine Deus noſter, ut hoc ſal, creatúram tuam, ſanctificando ✠ ſanctífices, benedicendo ✠ benedícas; & effícias ut virtúte tuâ ómnibus accipiéntibus proſit ad ſalútem. Per eum qui ventúrus eſt judicáre vivos & mórtuos & ſéculum per ignem. Aperto capite.

℟. Amen.

Digitized by Google

Tum Sacerdos Aquâ-benedictâ sal asperget in modum Crucis.]

Deindè aliquantùm salis benedicti dextro pollice & indice acceptum intromittet in os Infantis, dicens :

Operto capite. N. Accipe sal sapiéntiæ, ut sit tibi propítius Dóminus in vitam æternam.

℟. Amen.

℣. Dóminus vobíscum ;

℟. Et cum spíritu tuo.

Supra Infantem extensâ dexterâ, recitat Orationes.

OREMUS.

Aperto capite. DEus patrum nostrórum, qui hóminem diáboli invídiâ lapsum eâ mirábili dispensatióne instauràsti, ut, qui ex Adámo per culpam fílius iræ náscitur, in Christo per grátiam fílius adoptiónis renascátur ; auxiliáre fámulo tuo N. (*vel* fámulæ tuæ N.), atque in tuo nómine sanctificátum sal gustantem reple infúsâ tui sapóris dulcédine, gustúque cœléstis sapiéntiæ : perduc eum (*vel* eam), Dómine, ad lavácrum regeneratiónis & renovatiónis Spíritûs sancti, quem effundas in ipsum (*vel* in ipsam) abundè per Jesum Christum Salvatórem nostrum ; ut, cùm adoléverit, ágnito & fidéliter custodíto grátiæ tuæ dono, permáneat in fide stábilis, spe gaudens, charitáte fervens, & cum Electis tuis promissiónum tuárum æterna præmia cónsequi mereátur. Per eumdem Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Digitized by Google

Oremus.

Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Jacob, qui filios Israël de terra Ægypti & de servitúte Pharaónis per mare Rubrum, Angelo protegente in columna ignis & nubis, mirabíliter eduxísti; te súpplices exorámus, ut hunc fámulum tuum N. (*vel* hanc fámulam tuam N.), misso páriter qui eum (*vel* eam) comitétur, Angelo sancto tuo, ad Baptísmi grátiam perdúcere dignéris, satanæque ereptum (*vel* ereptam) império, transferre in regnum Fílii dilectiónis tuæ; Qui tecum vivit & regnat Deus.

℟. Amen.

Post hanc orationem, Sacerdos, supra caput Infantis extensâ dexterâ, dicet elatiùs:

Exorcizo te, immunde spíritus, in nómine ✠ Patris, & ✠ Fílii, & Spíritûs ✠ sancti, ut éxeas & recédas ab hoc fámulo Dei N. (*vel* ab hac fámula Dei N.) Per me tibi ímperat immortális glóriæ Rex, qui, ut impérium tuum destrúeret, fórtior te supervénit; qui étiam in potestáte & virtúte imperábat legiónis tuæ spirítibus, & trementes de homínibus exíbant. Da glóriam victóri ac triumphatóri tuo eídem Christo Jesu, Deo ac Dómino nostro, qui hunc fámulum suum (*vel* hanc fámulam suam) ad Fontem Baptísmatis, grátiamque regeneratiónis vocáre vocatióne suâ sanctâ dignátur. Et hoc signum sanctæ Crucis ✠, (*hìc dextro pollice in Crucis modum signat Infantis frontem*) quod nos fronti ejus impónimus, tu, maledicte, nunquam áudeas violáre. Operto capite.

Digitized by Google

Tum recitat Orationem ſequentem:

OREMUS.

Aperto capite. ÆTERNE ac juſtíſſime Deus, fons grátiæ & veritátis, qui Móyſi Legem in monte Sinâ dediſti, & per melióris Teſtamenti mediatórem Jeſum præcepiſti ut omnes gentes in nómine Patris, & Fílii, & Spíritûs ſancti baptizarentur; hunc fámulum tuum (*vel* hanc fámulam tuam) præveni in benedictiónibus dulcédinis; lavácro aquæ in verbo vitæ munda eum (*vel* eam) & ſanctífica; ut per grátiam tuam juſtificátus (*vel* juſtificáta), hæres fiat ſecundùm ſpem vitæ æternæ. Per eumdem Chriſtum Dóminum noſtrum.

℟. Amen.

Abſolutâ oratione, Sacerdos Infantis capiti dexteram imponet (Patrino & Matrinâ dextras ad eumdem extenſas tenentibus, non tamen illum tangentibus), atque elatiùs dicet:

Operto capite. NEc te láteat, ſátana, imminére tibi pœnas, imminére tibi tormenta, imminére tibi judícium magnæ diéi, quæ véniet ſuccenſa quaſi camínus, in qua tibi & ángelis tuis ſempiternus palàm denuntiábitur cruciátus. Pro tua ígitur nequítia damnáte, iterùmque damnande, da honórem ſummo Patri, Deo vivo & vero, da honórem Jeſu Chriſto Fílio ejus coætérno, da honórem Spirítui ſancto Paracléto. In poteſtáte & virtúte Chriſti ejuſdem, qui te totiès increpávit & profligávit, præcípio tibi, inferne ſpíritus, ut diſcédas ab hoc fámulo Dei; hunc enim (*vel* ab hac fámula Dei; hanc enim) hódiè ipſe Deus & Salvátor noſter tuæ jugo ſervitútis exímere, ſibíque vindicáre

Digitized by Google

dignátur, ut fiat templum Dei vivi per aquam regeneratiónis, in nómine ejuſdem Dómini noſtri Jeſu Chriſti; Qui ventúrus eſt judicáre vivos & mórtuos & ſéculum per ignem.

℟. Amen.

Deindè Sacerdos dextro pollice accipit de ſaliva oris ſui; tangenſque in modum Crucis aurem Infantis dextram, ſubindèque ſiniſtram, dicit: Ephphéta ✠, quod eſt ✠, Adaperíre; *& tangens nares, adjicit:* In odórem ✠ ſuavitátis. *Denique ſono vocis elatiore ſubjungit:* Tu autem fuge, ſátana ✠: ecce appropinquat Deus magnus & potens, Deus à forti prædam áuferens.

Poſteà Infantem faſciis apprehenſum introducet in Eccleſiam, eum ſic alloquens:

N. Ingrédere in Templum Dómini; ut, renátus (*vel* renáta) in Chriſto Jeſu, ipſiuſque cohæres factus (*vel* facta), introíre váleas in regnum cœlórum.

℟. Amen.

His peractis, Patrinum & Matrinam admonebit ut ſtantes ad Altare Baptiſterii, vel (ſi in loco deſit Altare) ad Fontes Baptiſmales, voce intelligibili recitent nomine Infantis, primò Symbolum Apoſtolorum, deindè Orationem Dominicam, ut ſequitur: Aperto capite.

CREDO in Deum, Patrem omnipotentem, Creatórem cœli & terræ. Et in Jeſum Chriſtum, Fílium ejus únicum, Dóminum noſtrum; qui conceptus eſt de Spíritu ſancto, natus ex María Vírgine, paſſus ſub Póntio Piláto, crucifixus, mórtuus, & ſepultus; deſcendit ad ínferos; tértiâ die

Digitized by Google

resurrexit à mórtuis ; ascendit ad cœlos, sedet ad déxteram Dei Patris omnipotentis ; indè ventúrus est judicáre vivos & mórtuos. Credo in Spíritum sanctum, sanctam Eccléfiam Cathólicam, Sanctórum communiónem, remissiónem peccatórum, carnis resurrectiónem, vitam æternam. Amen.

PATER noster, qui es in cœlis, sanctificétur nomen tuum ; advéniat regnum tuum ; fiat voluntas tua, ficut in cœlo, & in terra : panem noftrum quotidiánum da nobis hódiè ; & dimitte nobis débita noftra, ficut & nos dimíttimus debitóribus noftris ; & ne nos indúcas in tentatiónem, fed líbera nos à malo. Amen.

Aperto capite. *Interim Sacerdos ad Baptifterium accedit, & (nifi hæc difpofita priùs fuerint) facrum Fontem aperit, vafcula Olei Catechumenorum & Chrifmatis parat cum goffypio, aut aliâ re fimili ad abftergendas unctiones idoneâ. Obftetrix verò fafciis in fuperiore parte folvit Infantem, ejufque caput, pectus & fcapulas denudat. Patrinus & Matrina, recitato Symbolo & Oratione Dominicâ, fic præparatum Infantem de obftetricis manu fufcipiunt ; & ambo fimul, Patrinus ad dextram, Matrina autem ad lævam, ipfum utraque manu tenent, rectumque fiftunt fupra Pifcinam facris Fontibus inhærentem.*

Tum Sacerdos ftans versâ facie ad Infantem, hunc latinè, fi Sufceptores hanc linguam intelligant, fin minùs, gallicè, interrogabit ut fequitur, ipfum nomine appellans ; attendetque ut intelligibili voce Patrinus & Matrina fimul refpondeant ; funt enim ambo eodem nomine ac titulo Sponfores.

Operto capite. *Sacerdos.* N. Abrenúntias Sátanæ ? (Renoncez-vous à Satan ?)

Patrinus & Matrina refpondent :

Abrenúntio, (J'y renonce.)

S. Et ómnibus pompis ejus? (& à toutes ſes pompes?)

Patrinus & Matrina refpondent :

Abrenúntio, (J'y renonce.)

S. Et

S. Et ómnibus óperibus ejus ? (Et à toutes ſes œuvres ?)

Patrinus & Matrina reſpondent :

Abrenúntio , (J'y renonce.)

Poſteà Sacerdos intinctam Oleo Cathecumenorum virgulam accipiet , Infantemque in modum Crucis unget , primùm in pectore , & continuò inter ſcapulas , dicens : Ego te línio ✠ óleo ſalútis in Chriſto Jeſu ✠ Dómino noſtro , in vitam æternam.

Aperto capite uſque ad ſacrum.

℟. Amen.

Peractâ primâ unctione , ſtatim eam abſterget : peractâ ſecundâ , idem faciet.

Confeſtim , depoſitâ ſtolâ violaceâ , candidam ſumit , vel eam quâ jam indutus eſt , ſi ſit gemini coloris , invertit ; & Infantem nominatim appellatum interrogat ut ſequitur , Suſceptoribus ad ſingula reſpondentibus.

Sacerdos. N. Credis in Deum , Patrem omnipotentem , Creatórem cœli & terræ ?

(N. Croyez-vous en Dieu , le Pere tout-puiſſant , Créateur du ciel & de la terre ?)

Patrinus & Matrina reſpondent :

Credo , (J'y crois.)

S. Credis in Jeſum Chriſtum , Fílium ejus unicum , Dóminum noſtrum , natum & paſſum ?

(Croyez-vous en Jeſus-Chriſt , ſon Fils unique , notre Seigneur , qui eſt né , & qui a ſouffert *la mort pour nous ?*)

Patrinus & Matrina reſpondent :

Credo , (J'y crois.)

S. Credis in Spíritum ſanctum , ſanctam Eccléſiam

Cathólicam, Sanctórum communiónem, remissiónem peccatórum, carnis resurrectiónem, vitam æternam post mortem?

(Croyez-vous au saint Esprit, la sainte Eglise Catholique, la communion des Saints, la rémission des péchés, la résurrection de la chair, & la vie éternelle après la mort?)

Patrinus & Matrina respondent:

Credo, (J'y crois.)

S. N. Quid petis? (N. Que demandez-vous?)

Patrinus & Matrina respondent:

Baptismum. (le Baptême.)

S. N. Vis baptizári? (N. Voulez-vous être baptisé (*ou* baptisée?)

Patrinus & Matrina respondent:

Volo. (Je le veux.)

Tunc, Patrino & Matrinâ Infantem sic tenentibus, ut ejus caput supra Fontis Baptismalis Piscinam sit inclinatum, Sacerdos Urceolo aliove ad solum hunc usum comparato vascúlo, aquam haurit de Fonte Baptismali, cui statim suum reponit operculum; & eam actione continuâ fundit super Infantis caput, ter signum Crucis, ubi notatur, exprimens, simulque dicens distinctè, attentè & cum baptizandi intentione:

N. Ego te baptízo in nómine Patris ✠, & Fílii ✠, & Spíritûs ✠ sancti.

[*Si dubitetur an Infans baptizatus aut legitimè baptizatus fuerit, utetur Sacerdos formâ sequenti:*

N. Si non es baptizátus, ego te baptízo in nómine Patris ✠, & Fílii ✠, & Spíritûs ✠ sancti.]

Deindè virgulam Chrismate sacro intinctam accipiet, dicetque:

Digitized by Google

Deus omnípotens, Pater Dómini noſtri Jeſu Chriſti, qui te regenerávit ex aqua & Spíritu ſancto, tibíque remiſſiónem conceſſit illíus, in quo natus (*vel* nata) eras, peccáti, (*ſequentia verba pronuntians, in modum Crucis ungit Infantem in ſummitate capitis*) ipſe te líniat ✠ Chríſmate ſalútis in eódem Chriſto Jeſu Dómino noſtro, in vitam æternam.

℟. Amen.

Et ſtatim unctionem abſtergit.

Poſteà Infantis capiti linteolum candidum (*vulgò* Chriſmale) *loco veſtis albæ imponet, dicens:*

N. Accipe veſtem cándidam, quam immaculátam pérferas ante tribúnal Dómini noſtri Jeſu Chriſti, ut hábeas vitam æternam.

℟. Amen.

Deindè Patrino Cereum accenſum porriget, dicens:

N. Accipe lámpadem ardentem, & Baptiſmi tui pactum inviolátum conſerva; ut poſſis cum accensa charitátis lucerna óbviàm exíre divíno Sponſo, & ad cœleſtes ejuſdem núptias introductus (*vel* introducta), inter Electos gaudére in ſécula ſeculórum.

℟. Amen.

His peractis, dum Infantem induet obſtetrix, Sacerdos (*nec quiſquam prætereà*), *fundente aquam miniſtro, manus abluet ſupra Fontium Baptiſmalium Piſcinam.*

Tum obſtetrix Infantem accipiet in ulnas, & ante majus Altare (*aut aliud, juxta uſum locorum*) *genua flectet; Patrinuſque ad dextram, Matrina verò ad lævam ſimiliter genua demittent.*

Adveniens autem Sacerdos, versâ facie ad Infantem pannis involutum, ei Stolam in modum Crucis imponit, & dicit:

℣. Dóminus vobíscum ;
℟. Et cum spíritu tuo.
℣. Inítium sancti Evangélii ✠ secundùm Joannem.
℟. Glória tibi, Dómine.

IN princípio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum : hoc erat in princípio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt ; & sine ipso factum est nihil quod factum est. In ipso vita erat, & vita erat lux hóminum ; & lux in ténebris lucet ; & ténebræ eam non comprehendérunt. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimónium, ut testimónium perhibéret de lúmine, ut omnes créderent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimónium perhibéret de lúmine. Erat lux vera, quæ illúminat omnem hóminem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognóvit. In própria venit, & sui eum non recepérunt. Quotquot autem recepérunt eum, dedit eis potestátem filios Dei fieri, his qui credunt in nómine ejus ; qui non ex sanguínibus, neque ex voluntáte carnis, neque ex voluntáte viri, sed ex Deo nati sunt. [*Hic Sacerdos non genu flectit, sed tantùm caput inclinat.*] Et Verbum caro factum est, & habitávit in nobis (& vídimus glóriam ejus, glóriam quasi unigéniti à Patre), plenum grátiæ & veritátis.
℟. Deo grátias.

Benedíctio Dei omnipotentis, Patris ✠, & Fílii, & Spíritûs sancti descendat super te, & máneat semper.
℟. Amen.

His dictis, Sacerdos ori Infantis Stolam admovebit osculandam.

POSTEA Susceptores his aut similibus verbis alloquetur :

Operto capite. CET Enfant qui vient d'être régénéré en J. C., étoit, il n'y a qu'un moment, MON CHER FRERE & MA CHERE SŒUR,

un Enfant de colere & de malédiction. Héritier malheureux du premier des pécheurs, ſouillé de ſon péché, privé de tous les dons de la grace, il n'avoit aucun droit à l'héritage céleſte.

Mais quelle heureuſe révolution s'eſt opérée tout-à-coup dans ſon ame! Purifié dans les eaux ſalutaires du Baptême, ce même Enfant eſt devenu, par les mérites du Sauveur, un Enfant de grace & de bénédiction : il eſt maintenant le fils adoptif de Dieu, le frere & le cohéritier de J. C., le Temple vivant de l'Eſprit ſaint; & déjà l'Egliſe a inſcrit ſon nom parmi les noms de ceux qui ſont appellés à régner éternellement dans les Cieux.

Partagez la joie de cette tendre Mere, M. C. F. & M. C. S.; mais apprenez en même-tems toute l'étendue des obligations que vous venez de contracter. En tenant cet Enfant ſur les Fonts ſacrés du Baptême, vous êtes devenus ſes Pere & Mere dans l'ordre de la Religion. Vous avez promis ſolemnellement à Dieu en ſon nom, qu'il conſerveroit juſqu'à ſon dernier ſoupir une foi vive de toutes les vérités que l'Egliſe Catholique enſeigne, & dont il a fait profeſſion par votre bouche. Vous avez renoncé pour lui au péché & à ſes perfides amorces, au monde & à ſes maximes perverſes, au démon, à ſes pompes & à ſes œuvres; enfin vous avez promis qu'il rempliroit fidelement tous les devoirs attachés au titre auguſte de Chrétien. L'Egliſe a reçu, de la part de Dieu, ſes promeſſes & les vôtres; ce Temple & ces Autels ſont témoins de vos ſermens: prenez donc garde qu'il ne les viole jamais. C'eſt à vous, du moins au défaut du Pere & de la Mere que la nature lui a donnés, c'eſt à vous à pourvoir à ſon éducation Chrétienne; ayez ſoin qu'il ſoit inſtruit de bonne heure des ſaintes vérités de la Religion; ayez ſoin de le prémunir contre tout ce qui pourroit altérer ſa foi ou ſon innocence. Veillez ſans ceſſe ſur lui, comme ſur un dépôt ſacré que la Religion vous confie. Conſervez par vos diſcours, mais ſur-tout par vos exemples, le tréſor ineſtimable de la grace dont il vient d'être enrichi. Soyez pour lui la bonne odeur de J. C. : tracez-lui dans votre conduite la route qu'il doit tenir, pour marcher avec ſûreté au milieu

Digitized by Google

des dangers & des tentations du monde. Tels ſont les devoirs que la Religion vous impoſe, tels ſont les ſentimens qu'elle attend de vous.

Rappellez-vous auſſi dans ce moment, M. C. F. & M. C. S., avec quelle tendreſſe l'Egliſe s'eſt empreſſée de vous adopter vous-mêmes & de vous recevoir dans ſon ſein. Songez que les promeſſes que vous venez de faire au nom de cet Enfant, vos Parrains & vos Marraines les ont faites pour vous. Si vous avez eu le malheur d'y être infideles, ah! du moins, qu'une cérémonie ſi touchante vous inſpire un regret amer de vos infidélités, & la ferme réſolution de ne plus trahir jamais les engagemens ſacrés de votre Baptême.

Vous devez auſſi ſavoir, M. C. F. & M. C. S., qu'en qualité de Parrain & de Marraine de cet Enfant, vous avez contracté avec lui & ſes Pere & Mere une alliance ſpirituelle qui vous interdit à jamais le Mariage avec ces perſonnes; enſorte que ſi vous veniez à épouſer l'une des trois ans diſpenſe légitime, ce Mariage ſeroit nul devant Dieu & devant les hommes.

Hic addere poterit Sacerdos, prout ſibi ſuggeſſerit prudentia:

Ayez ſoin d'avertir la Mere de cet Enfant, qu'elle doit, ſelon le vœu de la nature & de la Religion, le nourrir elle-même de ſon lait, ſi elle le peut, ou du moins ne pas le confier à une nourrice hérétique, ou de mauvaiſes mœurs.

Vous avertirez auſſi le Pere & la Mere, ainſi que la nourrice, que l'Egliſe défend de le mettre coucher dans leur lit, ou dans celui d'autres perſonnes, de peur qu'il ne ſoit étouffé; & vous les engagerez à uſer des précautions néceſſaires pour le garantir de feu & d'eau, & de tout autre accident, juſqu'à ce qu'il ſoit en âge de s'en garantir lui-même; en les avertiſſant que, ſi, par leur négligence, il lui arrivoit quelque accident conſidérable, ils ne pourroient être abſous que par Monſeigneur l'Archevêque, ou par ſon Pénitencier.

Ayez ſoin que cet Enfant, pour lequel vous avez répondu à Dieu & à l'Egliſe, lorſqu'il ſera en âge de raiſon, ſoit inſtruit dans la Foi de l'Egliſe Catholique, Apoſtolique &

Digitized by Google

Romaine; qu'on lui apprenne le Symbole des Apôtres, les Commandemens de Dieu & de l'Égliſe, l'Oraiſon Dominicale, & la Salutation Angélique; qu'on lui faſſe connoître les obligations qu'il a contractées par ſon Baptême; qu'enfin, lorſqu'il ſera en âge de diſcrétion, on lui faſſe recevoir le Sacrement de Confirmation.

Poſtremò geminum in Codicem Parochialem relato Baptiſmati ab omnibus ad quos pertinebit, ſubſcribetur.

ORDO BREVIOR

BAPTIZANDI Infantem periclitantem.

SI Infans ſit in periculo mortis, baptizetur domi, cum aqua naturali ſimplici, ſi deſit benedicta; à Sacerdote, ſi adſit; ſin minùs, ab alia quavis perſona, exceptis (extra neceſſitatem) parentibus.

Sacerdos, vel alius Clericus, aquam ter vel ſaltem ſemel infundendo, dicat attentè & diſtinctè, Ego te baptizo, &c.

Si verò ſit vir laicus, linguæ latinæ ignarus, aut mulier; dicat attentè & diſtinctè, aquam fundendo, ut ſupra:

Je te baptiſe au nom du Pere ✠, & du Fils ✠, & du ſaint ✠ Eſprit.

Si Infans in Eccleſiam delatus, in periculo eſſe judicetur priùs moriendi, quàm, omnibus adhibitis Cæremoniis, baptizari poſſit; omittenda erunt quæcumque Sacramentalem præcedunt ablutionem, ſtatimque ab iis qui Infantem offerent, quærendum:

Quel nom donnez-vous à cet Enfant?

℟. N.

[*Quòd ſi metuat Sacerdos ne deſit tempus adeundi Fontes*

Baptiſmales, eoſque aperiendi; ad baptizandum accipiet Aquam-benedictam, aut etiam communem, ſi hanc celeriùs ad manum habeat.]

Impoſito nomine, continuò Sacerdos aquam ſuper Infantis caput ter actione continuâ (aut ſaltem ſemel) fundet in modum Crucis, dicens:

N. Ego te baptízo in nómine Patris ✠, & Fílii ✠, & Spíritûs ✠ ſancti.

Miniſtrato Sacramento, ſi Infans in eo ſit ſtatu, ut videatur ſatis ſupereſſe vitæ ad ſupplendas omnes Cæremonias, tunc eas ſupplebit Sacerdos, incipiendo à primis, & proſequendo uſque ad ultimas (omiſſâ nominis impoſitione & aquæ infuſione); ut infrà in Ordine ſupplendi Cæremonias Baptiſmales ſuper Infantem.

Si autem brevi moriturus videatur, ungat eum Sacerdos in vertice, dicens:

Deus omnípotens, Pater Dómini noſtri Jeſu Chriſti, qui te regenerávit ex aqua & Spíritu ſancto, tibíque remiſſiónem conceſſit illíus, in quo natus eras, peccati, (*ſequentia verba pronuntians, in modum Crucis ungat Infantem in ſummitate capitis*) ipſe te líniat ✠ Chriſmate ſalútis in eódem Chriſto Jeſu Dómino noſtro, in vitam æternam.

℟. Amen.

Et ſtatim unctionem abſtergit.

Poſteà, ſi Infans adhùc ſpirare videatur, ejus capiti Chriſmale imponet, dicens:

N. Accipe veſtem cándidam, quam immaculátam pérferas ante tribúnal Dómini noſtri Jeſu Chriſti, ut hábeas vitam æternam.

℟. Amen.

Deindè

Digitized by Google

Deindè Patrino Cereum accenſum porriget, dicens:

N. Accipe lámpadem ardentem, & Baptiſmi tui pactum inviolátum conſerva; ut poſſis cum accenſâ charitátis lucernâ óbviàm exíre divíno Sponſo, & ad cœleſtes ejuſdem núptias introductus, inter Electos gaudére in ſécula ſeculórum.

R. Amen.

His peractis, ſi ſuperſtes vivat Infans, cætera, quæ Baptiſmi actionem antecedunt, Cæremoniæ ſuper eum ſupplebuntur, juxta Ordinem inferiùs ſuo loco deſcriptum.

¶ *Si ex conceſſione DD. Archiepiſcopi Infans baptizetur ſine Cæremoniis, id fiet domi in Sacello domeſtico, aut ſaltem in loco decenti. Rem exequetur Sacerdos Superpelliceo albâque Stolâ indutus, & aquâ Baptiſmali utetur: Baptiſmus autem in Parochiales Actorum Codices referetur.*

ORDO

PLURES ſimul Infantes baptizandi.

SI plures ſimul Infantes in Eccleſiam afferantur, & ſit aliqua neceſſitas, aut ſaltem gravis cauſa eos ſimul baptizandi; Sacerdos ſuperiùs deſcriptum exequetur Ordinem Baptiſmi Infantium, atque inſuper ea quæ ſequuntur, obſervabit.

1°. *Mares ad dextram collocabit, fœminas verò ad ſiniſtram.*

2°. *Quæ ſingulatim ſingulis adhibenda erunt Cæremoniæ, has primùm maribus, deindè fœminis adhibebit.*

3°. *A cujuſque Infantis Patrino & Matrinâ quæret ea quæ in principio Cæremoniæ notantur, uſque ad nominis impoſitionem incluſivè.*

4°. *Unicuique ſingulatim Infanti exſufflationem Cruciſque ſignationem in fronte & in pectore adhibebit.*

5°. *Orationes, Exorciſmos, &c. pronuntiabit in numero plurali.*

Digitized by Google

6°. *Nihil in ſale benedicendo & in os cujuſque Baptizandi intromittendo immutabit.*

7°. *Dum primum recitabit Exorciſmum, dextram ad omnes Infantes extenſam tenebit.*

8°. *Ante ſecundum Exorciſmum, ſingulorum Infantium capiti dextram viciſſim imponet; eumque pronuntians, dextram ad omnes extenſam tenebit.*

9°. *Uniuſcujuſque Infantis auribus & naribus ſalivam adhibebit, dicens:* Ephphéta, &c.

10°. *Uno Infante faſciis apprehenſo, omnes ſimul in Eccleſiam introducet, dicens:* Ingredímini in Templum Dómini; *& reſidua hujus formulæ perſequetur in numero plurali.*

11°. *Symbolum & Orationem Dominicam ſimul recitabunt omnes omnium Infantium Suſceptores.*

12°. *Quæ ſequuntur, id eſt, abrenuntiationis interrogatio, Olei Catechumenorum unctio, interrogatio de fide, ſeu Symbolo, ipſa Baptiſmi actio ſacramentalis, inunctio Chriſmatis, lintei Chriſmalis impoſitio, Cereique accenſi porrectio, ſingulariter ſingulis adhibebuntur.*

13°. *Exhortationem ſic intelligibili voce pronuntiabit Sacerdos, ut omnes facilè audiant; & quod in ſingulari numero eſt, dicet in plurali.*

14°. *Evangelium ſuper omnes ſimul Infantes recitabit: Benedictionem proferet in plurali numero; & Stolam unicuique ſeorſim Infanti oſculandam præbebit.*

ORDO BAPTISMI

A Pontifice adminiſtrandi.

SI baptizet Pontifex, omnia ſuperiùs indicta obſervantur, hoc intermixto Ceremoniali.

Præſul Rocheto indutus (vel, ſi poſt adminiſtratum Baptiſma continuò ſit Miſſam celebraturus, ſuper Rochetum habens Amictum, Albam & Cingulum), Cruce pectorali, Stolâ violaceâ & Pluviali ejuſdem coloris, Mitrâque ornatus, ad limen

Digitized by Google

Ecclesiæ progreditur, præcedente Clero cum Cruce & Cerofe-rariis, ac Ministris, quorum unus honorificum Pontificis lumen, alter Gremiale, & alter hunc Rituum Librum defert. Dum proceditur, sinistrâ gerit Antistes Pedum Pastorale, nisi ante ipsum à Clerico illud gestetur elevatum.

Cùm ad fores Ecclesiæ perventum est, sedet Pontifex in Faldistorio, versâ facie ad extrinsecum; primasque interrogationes exequitur.

Impositio nomine, surgit infulatus, atque exsufflationem peragit.

Sedet, cùm signat Cruce Catechumenum in fronte & in pectore.

Stat exinfulatus, cùm recitat Orationes.

Sedet, Mitramque accipit, ut sal benedictum in os Baptizandi intromittat.

Stans & infulatus recitat Exorcismos, Catechumeni aures & nares linit salivâ, ipsumque in Ecclesiam introducit.

Cùm ad Fontes Baptismales pervenit, sedet infulatus, & interrogat: N. Abrenúntias Satánæ? &c.

Posteà Gremialis minister genibus Pontificis insternit mantile nitidum, ut unctiones in pectore & inter scapulas exequatur. Quibus peractis, aufertur mantile, & surgit Pontifex, ut Stolâ candidâ & Pluviali ejusdem coloris induatur:

Tum sedet, atque interrogat: N. Credis in Deum, &c. *usque ad interrogationem* Vis baptizári? *inclusivè. Confestim sedens, infulatusque ut priùs, baptizat: sacræ lotionis excipitur aqua in pelvi quam sustinet minister; & statim aqua in Fontis Baptismalis Piscinam demittitur.*

Sedet pariter infulatus Pontifex, cùm Chrismale imponit, Cereumque ardentem porrigit.

Deindè stans & exinfulatus recitat Evangelium In principio.

Postremò stans, Mitrâ ornatus, & Pedum Pastorale sinistrâ tenens, Benedictionem Baptizato impertitur; & eodem, quo venerat, ordine revertitur.

[*Si baptizare duntaxat velit Pontifex; præviis Cæremoniis à Sacerdote peractis, ad Fontes Baptismales rectà pergit cum supradicto comitatu, & candidis indutus ornamentis; ibique*

ſedens & infulatus interrogat : Credis in Deum, &c. *reſiduaque ut ſuperiùs exequitur.*]

Parochus loci in quo baptizat Pontifex, Parochiæ ſuæ Actis Baptiſmum inſcribit.

Quòd ſi verò in Eccleſia Metropolitana Baptiſmus adminiſtretur, in eam ſe conferet Parochus Baptizati, cum gemino Actorum Codice, in quem referatur Baptiſmus.

ORDO

SUPPLENDI Cæremonias Baptiſmales ſuper Infantem.

CUM Infans, urgente mortis periculo, domi baptizatus fuerit, is, ſi convaleſcat, quamprimùm erit in Eccleſiam deferendus, ut ipſe ſub conditione baptizetur, ſi non ſatis conſtet eum ritè ac legitimè fuiſſe baptizatum, aut ſaltem ut ſuper eum Cæremoniæ omiſſæ ſuppleantur juxta Ordinem ſequentem; qui etiam Ordo ſervabitur, cùm, de noſtra licentia, prætermiſſæ fuerint Baptiſmi Cæremoniæ.

Qui Infantem offerunt ut ſuper eum ſuppleantur Cæremoniæ Baptiſmales, ad limen quidem Eccleſiæ, ſed intrà ipſam conſiſtunt. Sacerdos verò, omnibus ritè præparatis, cum eo qui ſuprà (pag. 8.) *notatus eſt, ornatu & comitatu, ſtans versâ facie ad Infantem, interrogat ut ſequitur :*

Operto capite.

Int. Quel Enfant préſentez-vous à l'Egliſe?

℟. Un Fils (*ou* une Fille).

Int. Eſt-il (*ou* eſt-elle) de cette Paroiſſe?

℟. Oui, Monſieur.

Si negativè reſponderetur, dimittendus eſſet Infans ad proprium Parochum, niſi haberetur à Parocho vel Ordinario conceſſa licentia.

Int. Que demande-t-il (*ou* que demande-t-elle) à l'Egliſe de Dieu?

℟. Les Cérémonies du Baptême.

Digitized by Google

Int. Qui eſt le Parrain ?

℟. C'eſt moi, Monſieur.

Int. Qui eſt la Marraine ?

℟. C'eſt moi, Monſieur.

Int. Voulez-vous vivre & mourir dans la Foi de l'Egliſe Catholique, Apoſtolique & Romaine ?

℟. Oui, moyennant la grace de Dieu.

Deindè Sacerdos his aut ſimilibus verbis aſtantes alloquetur :

LEs Cérémonies que nous allons ſuppléer à cet Enfant, Mes très-chers Freres, ne ſont point eſſentielles au Sacrement ; mais elles ſont ſi vénérables par leur antiquité qui remonte juſqu'au tems des Apôtres, elles ſont ſi ſaintes dans leur objet, ſi ſalutaires dans leurs effets, que la pratique de l'Egliſe a toujours été de les ſuppléer à ceux dont elles n'avoient pas accompagné le Baptême. Perſuadée que le Sacrement n'étoit, pour ainſi dire, pas entier ſans ces auguſtes Cérémonies, cette tendre Mere n'a pu ſouffrir qu'on les omît ſans de fortes raiſons ; elle n'a pu ſouffrir qu'aucun de ſes Enfans fût privé des graces abondantes qui ſont attachées aux prieres qui les accompagnent.

Tout eſt grand, inſtructif, intéreſſant, tout enfin, dans ces Rits myſtérieux, éclaire & anime la piété. L'Egliſe, remplie de confiance dans la puiſſance de ſon divin Epoux, emploie les Exorciſmes contre l'ange de ténèbres, afin d'ôter à cet ennemi commun du ſalut des hommes, toute la force qu'il pourroit avoir contre le Chrétien. Elle donne aux nouveaux baptizés le nom de la Sainte Vierge, ou de quelque autre Saint, afin de les engager par le ſouvenir du nom qu'ils portent, à imiter les vertus de leur ſaint Patron, à le regarder comme leur protecteur dans le Ciel, & à recourir ſouvent à ſon interceſſion. Elle leur met du Sel dans la bouche, en demandant à Dieu de les remplir de cette ſa-

Digitized by Google

geſſe d'en-haut, qui doit les préſerver de la corruption du ſiècle. Elle imprime le ſigne de la Croix ſur leur front & ſur leur poitrine, pour leur faire connoître que c'eſt par la vertu de la Paſſion & de la Mort que Jeſus-Chriſt a ſoufferte ſur la Croix, qu'ils ont été purifiés de la tache originelle, & mis au nombre des Enfans de Dieu. Les Onctions qu'on leur fait ſur différentes parties du corps, leur montrent qu'ils reçoivent cette force & cette vigueur qui leur eſt néceſſaire pour courir dans la carriere de la juſtice & de la ſainteté. La Robe blanche dont ils ſont revêtus, déſigne la Robe précieuſe de l'innocence qu'ils doivent conſerver tout le tems de leur vie, pour la repréſenter ſans tache au jour du Jugement. Enfin le Cierge allumé qu'on leur met en main, les avertit de joindre à la Foi qui éclaire leur eſprit, l'ardeur de la charité, & l'éclat des bonnes œuvres dont ils doivent être ornés.

Ne ſoyons pas, M. T. C. F., les témoins oiſifs & inſenſibles de ces Cérémonies ſi capables de ranimer notre foi & notre piété. Faiſons des vœux pour le ſalut éternel de cet Enfant. Demandons à Dieu qu'il le comble de ſes bénédictions; mais profitons pour nous-mêmes des leçons profondes que nous donne cet acte ſolemnel de notre Religion: il nous préſente un tableau frappant des vertus par leſquelles un Chrétien doit ſoutenir la dignité du caractère auguſte dont il eſt revêtu. Prions Dieu avec autant d'ardeur que d'humilité, de les faire croître en nous, ces vertus, ou de nous les inſpirer de nouveau par ſa grace.

Peractâ Exhortatione, Sacerdos Patrinum & Matrinam ſic interrogabit:

Quel nom donnez-vous à cet Enfant?

℟. N.

Impoſito nomine, Sacerdos in faciem Infantis ter inſufflabit, quaſi ad fovendum; & continuò dicet:

Expulso immundo spíritu ab hac imágine Dei, júgiter illíus habitátor sit Spíritus sanctus Paraclétus.

Deindè signum Crucis in fronte Infantis dextro pollice exprimet, dicens:

N. Signum sanctæ Crucis Salvatóris Dómini nostri ✠ Jesu Christi fronti tuæ impóno.

Tum in pectore super fascias illum pariter signabit, dicens:

N. Signum sanctæ Crucis Salvatóris Dómini nostri ✠ Jesu Christi péctori tuo impóno.

Oremus.

Preces nostras, quæsumus, Dómine, clementer exaudi, & hunc fámulum tuum N. (*vel* hanc fámulam tuam N.) Crucis Domínicæ ✠, (*hìc Sacerdos Infantem Cruce signat in fronte*) cujus impressióne eum (*vel* eam) signámus, perpétuâ virtúte custódi; ut qui (*vel* quæ) novam in Fílio tuo nativitátem per Baptismum consecútus (*vel* consecúta) est, operante suscepti Sacramenti grátiâ, crescat in mensúram ætátis plenitúdinis ejusdem Christi Dómini nostri; Qui tecum vivit & regnat Deus. Aperto capite.

℟. Amen.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, Pater Dómini nostri Jesu Christi, réspice, quæsumus, super hunc fámulum tuum quem (*vel* super hanc fámulam tuam quam) ad fidei donum per Baptismi grátiam vocáre dignátus es: non permittas eum (*vel* eam) ámpliùs

irretíri ſátanæ láqueis quibus fúerat alligátus (*vel* alligáta); & concéde, ut, ſacro Fonte dealbátus (*vel* dealbáta) in ſánguine Agni, ómnium pósteà cupiditátum cáreat inquinamentis, tibíque in Eccléſia tua cum exultatióne ſérviat, & de virtúte in virtútem perſequátur ad bravíum ſupernæ vocatiónis tuæ in eódem Chriſto Jeſu Dómino noſtro; Qui tecum vivit & regnat Deus.

℟. Amen.

OREMUS.

DEus qui humáni géneris ita es cónditor, ut ſis étiam reformátor; propitiáre pópulis adoptívis, novoque Teſtamento novam in Chriſto ſóbolem aſcríbe; ut filii promiſſiónis, quod non potuérunt áſſequi per natúram, gáudeant ſe recepiſſe per grátiam. Per eumdem Chriſtum Dóminum noſtrum.

℟. Amen.

Deindè Sacerdos aliquantùm ſalis benedicti dextro pollice & indice acceptum intromittet in os Infantis, dicens:

Operto capite. Accipe ſal ſapiéntiæ, ut ſit tibi propítius Dóminus in vitam æternam.

℟. Amen.

℣. Dóminus vobiſcum;

℟. Et cum ſpíritu tuo.

OREMUS.

Aperto capite. DEus patrum noſtrórum, qui hóminem diáboli invídiâ lapſum eâ mirábili diſpenſatióne inſtauraſti, ut,

ut, qui ex Adámo per culpam filius iræ náſcitur, in Chriſto per grátiam filius adoptiónis renaſcátur; auxiliáre fámulo tuo N. (*vel* fámulæ tuæ N.), atque in tuo nómine ſanctificátum ſal guſtantem reple infúsâ tui ſapóris dulcédine, guſtúque cœleſtis ſapiéntiæ: ſalva eum (*vel* eam), Dómine, per lavácrum regeneratiónis & renovatiónis Spíritûs ſancti, quem effudiſti in ipſum (*vel* in ipſam) abundè per Jeſum Chriſtum Salvatórem noſtrum; ut póſteà, dirigéntibus Evangélii documentis, & confortante grátiâ quæ eſt in Chriſto Jeſu, permáneat in fide ſtábilis, ſpe gaudens, charitáte fervens, & cum Electis tuis promiſſiónum tuárum æterna præmia cónſequi mereátur. Per eumdem Chriſtum Dóminum noſtrum.

℟. Amen.

Oremus.

Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Jacob, qui fílios Iſraël de terra Ægypti & de ſervitúte Pharaónis per mare Rubrum, Angelo protegente in columna ignis & nubis, mirabíliter eduxiſti; te ſúpplices exorámus, ut hunc fámulum tuum N., quem (*vel* hanc fámulam tuam N., quam) de poteſtáte tenebrárum erípere & in regnum Fílii dilectiónis tuæ transferre dignátus es, ſub Angeli ſancti tui cuſtódiâ perdúcas ad immortálem cœleſtis regeneratiónis effectum. Per eumdem Chriſtum Dóminum noſtrum.

℟. Amen.

Poſt hanc orationem, Sacerdos, ſupra caput Infantis extenſâ dexterâ, dicet elatiùs:

Operto capite. EXORCIZO te, immunde ſpíritus, in nómine ✠ Patris, & ✠ Fílii, & Spíritûs ✠ ſancti, ut, qui ab hoc fámulo Dei N. (*vel* ab hac fámula Dei N.) per Baptiſmi grátiam expulſus es, nunquam ámpliùs in eum (*vel* in eam) áudeas introíre. Per me tibi ímperat immortális glóriæ Rex, qui, ut impérium tuum deſtrúeret, fórtior te ſupervénit; qui étiam in poteſtáte & virtúte imperábat legiónis tuæ ſpirítibus, & trementes de homínibus exíbant. Da glóriam victóri ac triumphatóri tuo eídem Chriſto Jeſu, Deo ac Dómino noſtro, qui hunc fámulum ſuum (*vel* hanc fámulam ſuam) ad Fontem Baptíſmatis, grátiamque regeneratiónis vocáre vocatióne ſuâ ſanctâ dignátus eſt: Et hoc ſignum ſanctæ Crucis ✠, (*hìc dextro pollice in Crucis modum ſignat Infantis frontem*) quod nos fronti ejus impónimus, tu, maledícte, nunquam áudeas violáre.

Tum recitat Orationem ſequentem:

OREMUS.

Aperto capite. ÆTERNE ac juſtíſſime Deus, fons grátiæ & veritátis, qui Móyſi Legem in monte Sinâ dediſti, & per melióris Teſtamenti mediatórem Jeſum præcepiſti ut omnes gentes in nómine Patris, & Fílii, & Spíritûs ſancti baptizarentur; hunc fámulum tuum (*vel* hanc fámulam tuam) lavácro aquæ in verbo vitæ mundá-

Digitized by Google

tum & ſanctificátum (*vel* mundátam & ſanctificátam) contínuo grátiæ tuæ præſídio ſic prótege, ut ad ſupernæ felicitátis hæreditátem incorruptíbilem pervenire mereátur. Per eumdem Chriſtum Dóminum noſtrum.

℟. Amen.

Abſolutâ oratione, Sacerdos Infantis capiti dexteram imponet (Patrino & Matrinâ dextras ad eumdem extenſas tenentibus, non tamen illum tangentibus), atque elatiùs dicet:

NEc te láteat, ſátana, imminére tibi pœnas, imminére tibi tormenta, imminére tibi judícium magnæ diéi, quæ véniet ſuccenſa quaſi camínus, in qua tibi & ángelis tuis ſempiternus palàm denuntiábitur cruciátus. Pro tua ígitur nequítia damnáte, iterùmque damnande, da honórem ſummo Patri, Deo vivo & vero, da honórem Jeſu Chriſto Fílio ejus coæterno, da honórem Spirítui ſancto Paracléto. In poteſtáte & virtúte Chriſti ejuſdem, qui te tótiès increpávit & profligávit, præcípio tibi, inferne ſpíritus, ut in hunc fámulum Dei N. (*vel* in hanc fámulam Dei N.) nunquam póſteà cállidus inſidiátor irrumpas; hunc enim (*vel* hanc enim) ipſe Deus & Salvátor noſter tuâ ſervitúte exímere, ſibíque vindicáre dignátus eſt, ut fieret templum Dei vivi per aquam regeneratiónis, in nómine ejuſdem Dómini noſtri Jeſu Chriſti; Qui ventúrus eſt judicáre vivos & mórtuos & ſéculum per ignem. Operto capite.

℟. Amen.

Digitized by Google

Deindè Sacerdos dextro pollice accipit de ſaliva oris ſui ; tangenſque in modum Crucis aurem Infantis dextram , ſubindèque ſiniſtram , dicit : Ephphéta ✠ , quod eſt ✠ , Adaperíre ; *& tangens nares , adjicit :* In odórem ✠ ſuavitátis. *Denique ſono vocis elatiore ſubjungit :* Tu autem , ſátana , Deum contremíſce magnum & potentem ; nec jam prædæ inſidiári áudeas , quam à te per grátiam ſuam victor ábſtulit.

Poſteà Infantem faſciis apprehenſum introducet in Eccleſiam , eum ſic alloquens :

N. Ingrédere in Templum Dómini ; ut , qui (*vel* quæ) cohæres Chriſti per Baptiſmum factus es (*vel* facta es) , intróire váleas in regnum cœlórum.

℟. Amen.

Aperto capite. *His peractis , Patrinum & Matrinam admonebit ut ſtantes ad Altare Baptiſterii , vel (ſi in loco deſit Altare) ad Fontes Baptiſmales , voce intelligibili recitent nomine Infantis , primò Symbolum Apoſtolorum , deindè Orationem Dominicam , ut ſuprà , in Ordine Baptiſmi Infantium.*

Continuò ſtans ad Baptiſterium Sacerdos Infantem nominatim interrogat his verbis :

Operto capite. N. Abrenúntias Sátanæ ? (Renoncez-vous à Satan ?)

Patrinus & Matrina reſpondent :

Abrenúntio , (J'y renonce.)

S. Et ómnibus pompis ejus ? (& à toutes ſes pompes ?)

Patrinus & Matrina reſpondent :

Abrenúntio , (J'y renonce.)

Digitized by Google

S. Et ómnibus opéribus ejus ? (Et à toutes ſes œuvres ?)

Patrinus & Matrina reſpondent :

Abrenúntio , (J'y renonce.)

Poſteà Sacerdos intinctam Oleo Catechumenorum virgulam accipiet , Infantemque in modum Crucis unget , primùm in pectore , ſtatimque inter ſcapulas , dicens : Ego te línio ✠ óleo ſalútis in Chriſto Jeſu ✠ Dómino noſtro , in vitam æternam.

Aperto capite uſque ad finem.

℟. Amen.

Peractâ primâ unctione , confeſtim eam abſterget : peractâ ſecundâ , idem faciet.

Continuò dicet :

N. Credis in Deum , Patrem omnipotentem , creatórem cœli & terræ ?

(N. Croyez-vous en Dieu , le Pere tout-puiſſant , créateur du ciel & de la terre ?)

Patrinus & Matrina reſpondent :

Credo , (J'y crois.)

S. Credis in Jeſum Chriſtum , Filium ejus únicum , Dóminum noſtrum , natum & paſſum ?

(Croyez-vous en Jeſus-Chriſt , ſon Fils unique , notre Seigneur , qui eſt né , & qui a ſouffert *la mort pour nous ?*)

Patrinus & Matrina reſpondent :

Credo , (J'y crois.)

S. Credis in Spíritum ſanctum , ſanctam Eccléſiam Cathólicam , Sanctórum communiónem , remiſſiónem peccatórum , carnis reſurrectiónem , vitam æternam poſt mortem ?

Digitized by Google

(Croyez-vous au ſaint Eſprit, la ſainte Egliſe Catholique, la communion des Saints, la rémiſſion des péchés, la réſurrection de la chair, & la vie éternelle après la mort ?)

Patrinus & Matrina reſpondent :

Credo, (J'y crois.)

Deindè virgulam Chriſmate ſacro intinctam accipiet, dicetque :

Deus omnípotens, Pater Dómini noſtri Jeſu Chriſti, qui te regenerávit ex aqua & Spíritu ſancto, tibíque remiſſiónem conceſſit illíus, in quo natus (*vel* nata) eras, peccáti, (*ſequentia verba pronuntians, in modum Crucis ungit Infantem in ſummitate capitis*) ipſe te líniat ✠ Chríſmate ſalútis in eódem Chriſto Jeſu Dómino noſtro, in vitam æternam.

℟. Amen.

Et ſtatim unctionem abſtergit.

Poſteà Infantis capiti linteolum candidum (*vulgò* Chriſmale) *loco veſtis albæ imponet, dicens :*

N. Accipe veſtem cándidam, quam immaculátam pérferas ante tribúnal Dómini noſtri Jeſu Chriſti, ut hábeas vitam æternam.

℟. Amen.

Deindè Patrino Cereum accenſum porriget, dicens :

N. Accipe lámpadem ardentem, & Baptiſmi tui pactum inviolátum conſerva ; ut poſſis cum accenſâ charitátis lucernâ óbviàm exíre divíno Sponſo, & ad cœleſtes ejuſdem núptias introductus (*vel* introducta), inter Electos gaudére in ſécula ſeculórum.

℟. Amen.

Digitized by Google

His peractis, recitabitur Evangelium In principio, *ut suprà, in Ordine Baptismi Infantium.*

Confestim Sacerdos Patrinum & Matrinam his verbis admonebit :

Vous n'avez contracté aucune Affinité spirituelle ni avec cet Enfant, ni avec ses pere & mere, comme vous l'auriez contractée s'il avoit été baptisé à l'Eglise.

De cæteris autem (prout suaserit prudentia) monebit ut suprà in Ordine Baptismi Infantium (pag. 22.)
Postremò de suppletis Baptismi Cæremoniis Acta conficientur.

Infantibus qui ab Hæreticis, servatâ materiâ & formâ legitimâ, baptizati fuerint, consulto priùs Diœcesano Antistite, omissæ Cæremoniæ suppleri poterunt, si postulaverint parentes ad Catholicam fidem conversi.

ORDO

SUPPLENDI Cæremonias Baptiſmales ſuper Adultum in ortu baptizatum.

ADULTIS, qui, de Ordinarii licentiâ, domi ſine Cæremoniis fuerint in ortu baptizati, perindè atque Infantibus ſupplentur Baptiſmi Cæremoniæ, excepto quòd Adultus per ſe ipſe ad interrogata reſpondet.

Initio verò, ad limen quidem Eccleſiæ, ſed intrà ipſam, ſic eum interrogabit Sacerdos:

Int. Que demandez-vous à l'Egliſe de Dieu?

Bz. Les Cérémonies du Baptême.

Int. Qui eſt le Parrain?

Bz. C'eſt moi, Monſieur.

Int. Qui eſt la Marraine?

Bz. C'eſt moi, Monſieur.

Int. Voulez-vous vivre & mourir dans la Foi de l'Egliſe Catholique, Apoſtolique & Romaine?

Bz. Oui, moyennant la grace de Dieu.

Int. Quel nom donnez-vous à ce (*ou* à cette) Fidele?

Bz. N.

Cætera perſequetur ut ſuprà, in Ordine ſupplendi Cæremonias Baptiſmales ſuper Infantem.

Introductus in Eccleſiam Adultus, cum Sponſoribus recitat Symbolum Apoſtolorum & Orationem Dominicam. Si autem ex Hæreticis venerit, inter Symbolum Apoſtolorum & Orationem Dominicam, emittet Fidei profeſſionem, ut infrà, in Ordine Abſolutionis publicæ ab Hæreſi.

Ante

Digitized by Google

Ante ingreſſum Baptiſterii, ſi ſit mas cui ſuppleantur Cæremoniæ, pectus ejus & ſcapulas deteget Patrinus in ſuperiore parte : ſi autem ſit fœmina, eam Matrina cum omni modeſtia diſponet ; ſufficit enim ut unctiones Olei Catechumenorum ad partem proximè collo ſubjacentem, tam antè quàm retrò, & Unctio Chriſmatis, nudato capite, poſſint commodè fieri.

Adultus cui ſupplentur Cæremoniæ Baptiſmales, albâ veſte induitur, & ipſe Cereum ardentem accipit.

Antequàm ſuper eum recitetur Evangelium In principio, *Sacerdos ipſum his aut ſimilibus verbis alloquetur :*

L'Egliſe, Mon cher Frere, (*ou* Ma chere Sœur,) n'a pas voulu que vous fuſſiez privé (*ou* privée) des graces précieuſes attachées aux Cérémonies du Baptême qui viennent de vous être ſuppléées. Tout reſpire la piété dans ces auguſtes Cérémonies, tout y annonce les effets admirables du Sacrement de la régénération. Que ce jour eſt intéreſſant pour vous, M. C. F. (*ou* M. C. S.)! Les Exorciſmes que l'Egliſe a prononcés, le Sel qu'elle a employé, le ſigne de la Croix qu'elle a imprimé ſur votre front & ſur votre poitrine, les Onctions qu'elle a faites ſur vous, cette Robe blanche dont elle vous a revêtu (*ou* revêtue), cette Lumiere qui brille encore dans vos mains, tout eſt pour vous une leçon profonde & touchante. Pénétrez-vous, M. C. F. (*ou* M. C. S.), de l'eſprit de ces ſaintes Cérémonies, & répondez par vos ſentimens à ceux dont l'Egliſe eſt elle-même animée. Vainqueur (*ou* victorieuſe) du Démon, par les anathêmes dont il eſt frappé, ne vous laiſſez point aſſervir par ce redoutable ennemi de votre ſalut ; qu'il fuie lui-même devant vous, & qu'il ſente la force invincible du bras qui vous ſoutient. Que le ſel de la ſageſſe vous préſerve de la corruption de la terre : *ne marchez pas ſelon la chair, mais ſelon l'eſprit.* Fortifié (*ou* fortifiée) par la vertu divine de l'Huile ſainte, armé (*ou* armée) du ſigne de J. C., courez à grands pas dans la carriere de la piété ; combattez & triomphez comme un généreux Athlète ſous l'étendard de la Croix. *Autrefois vous étiez ténebres : ſongez que vous êtes maintenant lumiere ; conduiſez-vous donc comme un Enfant de lumiere.*

Décoré (*ou* décorée) de la Robe de l'innocence, prenez garde, ah! prenez garde de la ſouiller jamais par le péché; mais conſervez-la pure & ſans tache, pour la repréſenter au jour du Jugement devant le Trône de l'Agneau.

Tum Sacerdos Patrinum & Matrinam his aut ſimilibus verbis admonebit:

Et vous, MON CHER FRERE & MA CHERE SŒUR, qui avez préſenté cette Perſonne à l'Egliſe pour lui faire ſuppléer les Cérémonies du Baptême, quoique vous ne l'ayez pas tenue ſur les Fonts ſacrés de la régénération, & que, par cette raiſon, vous n'ayez contracté avec elle, ni avec ſes Pere & Mere, aucune Affinité ſpirituelle, vous devez néanmoins vous intéreſſer particulierement à ſon ſalut, & l'aider par vos conſeils, par vos prieres, & ſur-tout par vos exemples, à répondre fidelement aux graces que nous venons de demander à Dieu pour elle.

Poſteà Fidelis cui ſuppleta fuerint Cæremoniæ, Patrinum inter & Matrinam medius, ad Altare-majus procedet, ubi cum ipſis ad infimum gradum genua flectet; cæteraque peragentur ut ſuperiùs dictum eſt. (pag. 20.)

Poſtremò de ſuppletis Baptiſmi Cæremoniis Acta perſcribentur.

ORDO

Baptiſmi Adultorum.

SI quis Adultus, vel omninò non baptizatus, vel non ritè baptizatus, regenerationis gratiam poſtulet; Parochus eum paternâ charitate ſuſcipiat, Religionis Catholicæ documentis imbuat, ejuſque propoſitum ac fidei ſinceritatem diligenter exploret: Diœceſanum verò Pontificem de Proſelyti deſiderio ac diſpoſitionibus certiorem faciat.

Ut autem retineatur umbra quædam priſtini illius verendique moris Eccleſiaſtici, quo adulti proſelyti non ſtatim ſacro Fonte tingebantur, ſed, præeunte Catechiſmo & examine, ut ex Competentibus *Catechumenis* Electi *fierent, ſuper ipſos repetitis vicibus fundebantur preces & Exorciſmi; cùm baptizandus occurret aliquis Adultus, pridiè Sacramenti adminiſtrandi, ſuper illum præviæ explebuntur Cæremoniæ quæ ad Eccleſiæ limen ſuper Catechumenos fieri ſolent, reſervatâ in poſterum diem ſacrâ lotione, cum Cæremoniis tum Sacramento proximis, tum illud ſequentibus.*

Porrò decet quàm maximè ut nullus baptizetur Adultus, niſi adhibito ſolemni quodam apparatu. Convocetur Clerus frequentior; adſint Diaconus & Subdiaconus ſacris Ordinum ſuorum Veſtibus ornati, qui baptizanti, ſive Præſuli, ſive Sacerdoti miniſtrent, ſacrorumque Oleorum unctiones abſtergant.

Itaque, ſi priùs Parocho licentiam baptizandi Adulti conceſſerit Ordinarius loci Antiſtes, pridiè conferendi Sacramenti, horis pomeridianis, ſtante ad Eccleſiæ januam Catechumeno cum Suſceptoribus, Parochus, fuſâ pro ipſo ad Deum oratione, Superpelliceo, Stolâ violaceâ & Pluviali ejuſdem coloris indutus, comitantibus Miniſtris & Clero, procedet in Chorum; iſque, cùm cuncti ad ſedes ſuas conſtiterint, ſeipſum in ſalutiferæ Crucis modum conſignans, cantabit in tono Veſperarum:

Aperto capite.

℣. Deus, in adjutórium meum intende;
℟. Dómine, ad adjuvandum me festina.
Glória Patri, &c.

Deindè canentur alternis choris tres Psalmi sequentes sub Antiphona, quam imponet Sacerdos; Cantoresque Pluvialibus induti, Chorum regent.



Ant. Ef-fun-dam su-per vos. 6. F.

PSALMUS 8.

DOMINE, Dóminus noster, * quàm admirábile est nomen tuum in universa terra!

Quóniam elevàta est magnificéntia tua * super cœlos.

Ex ore infántium & lacténtium perfeciſti laudem propter inimícos tuos; * ut déstruas inimícum & ultórem.

Quóniam vidébo cœlos tuos, ópera digitórum tuórum; * lunam & stellas, quæ tu fundasti.

Quid est homo, quòd memor es ejus? * aut filius hóminis, quóniam vísitas eum?

Minuisti eum paulò minùs ab Angelis; * glóriâ & honóre coronasti eum, & constituisti eum super ópera mánuum tuárum.

Omnia subjeciſti sub pédibus ejus; * oves & boves universas, insuper & pécora campi;

Vólucres cœli, & pisces maris, * qui perámbulant sémitas maris.

Dómine, Dóminus noster, * quàm admirábile est nomen tuum in universa terra!

Glória Patri.

PSALMUS 28.

AFFERTE Dómino, fílii Dei; * afferte Dómino fílios aríetum.

Afferte Dómino glóriam & honórem; afferte Dómino glóriam nómini ejus: * adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.

Vox Dómini super aquas; Deus majestátis intónuit: * Dóminus super aquas multas.

Vox Dómini in virtúte, * vox Dómini in magnificéntia.

Vox Dómini confringentis cedros; * & confringet Dóminus cedros Líbani:

Et comminuet eas tanquam vítulum Líbani, * & dilectus quemádmodùm fílius unicórnium.

Vox Dómini intercidentis flammam ignis, vox Dómini concutientis desertum: * & commovébit Dóminus desertum Cades.

Vox Dómini præparantis cervos, & revelábit condensa: * & in templo ejus omnes dicent glóriam.

Dóminus dilúvium inhabitáre facit; * & sedébit Dóminus Rex in æternum.

Dóminus virtútem pópulo suo dabit; * Dóminus benedícet pópulo suo in pace.

Glória Patri.

PSALMUS 121.

LÆTATUS sum in his quæ dicta sunt mihi: * In domum Dómini íbimus.

Stantes erant pedes nostri * in átriis tuis, Jerúsalem.

Jerúsalem, quæ ædificátur ut civitas, * cujus participátio ejus in idipsum:

Illùc enim ascendérunt tribus, tribus Dómini, testimónium Israël, * ad confitendum nómini Dómini:

Quia illic sedérunt sedes in judício, * sedes super domum David.

Digitized by Google

Rogáte quæ ad pacem ſunt Jerúſalem, * & abundántia diligéntibus te.

Fiat pax in virtúte tua, * & abundántia in túrribus tuis.

Propter fratres meos, & próximos meos, * loquébar pacem de te.

Propter domum Dómini Dei noſtri, * quæsívi bona tibi.

Glória Patri.

Finitis Pſalmis, cantabitur



Aperto capite.

Poſt Antiphonam, Sacerdos recto tono cantabit:

Kyrie, eléiſon.

℟. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.

Pater noſter, *ſecretò. Poſteà, deprimendo à* Fa *in* Re:

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem,

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam;

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobiſcum,

℟. Et cum ſpíritu tuo.

OREMUS.

DA, quæſumus, Dómine, Electo noſtro N. (*vel* Electæ noſtræ N.) ut ſacroſanctis regni cœlórum myſ-

Digitized by Google

tériis imbútus (*vel* imbúta), teque & quem miſiſti Jeſum Chriſtum ſubjectâ mente cognoſcens, fonte Baptíſmatis renovári, & inter adoptiónis fílios Eccleſiæque membra computári mereátur. Per eumdem Chriſtum Dóminum noſtrum.

℟. Amen.

OREMUS.

DEus qui humáni géneris ita es cónditor, ut ſis étiam reformátor; propitiáre pópulis adoptívis, novóque Teſtamento novam in Chriſto ſóbolem aſcríbe; ut fílii promiſſiónis, quod non potuérunt áſſequi per natúram, gáudeant ſe recepiſſe per grátiam. Per eumdem Chriſtum Dóminum noſtrum.

℟. Amen.

Poſteà Sacerdos, comitantibus Miniſtris & Clero in ordine Proceſſionis, præeunte Cruce cum duobus Acolythis, ſeu miniſtris Cereos accenſos gerentibus, unoque ſal benedictum gerente, perget ad Catechumenum, qui ſtabit ad Eccleſiæ januam foris, ſi ſit porticus, vel intrò, ſi deſit; ſemper autem ab Eccleſiæ penetralibus remotior quàm Sacerdos: & hic continuò, ſtans verſâ facie ad Catechumenum inter Suſceptores medium, ſic eum interrogabit:

Sacerdos. Que demandez-vous à Dieu & à ſon Egliſe? Operto capite.

Catechumenus vel *Catechumena.* La Foi, & l'inſtruction dans la Religion Chrétienne, pour me diſpoſer à recevoir le ſaint Baptême.

S. Quel avantage eſpérez-vous retirer de la Foi?

Cat. J'eſpere qu'elle me conduira à la vie éternelle.

S. Si vous voulez arriver à la vie éternelle, il

faut croire en Dieu & en Jeſus-Chriſt, & garder les Commandemens.

» Vous aimerez le Seigneur votre Dieu de tout » votre cœur, de toute votre ame, de tout votre eſ- » prit, de toutes vos forces : c'eſt-là le premier & le » plus grand de tous les Commandemens. Et voici » le ſecond, qui eſt ſemblable à celui-là : Vous aime- » rez votre prochain comme vous-même. Toute la » Loi & les Prophetes ſont renfermés dans ces deux » Commandemens. » Voulez-vous vivre ſelon ces ſaintes regles ?

Cat. Je l'eſpere, moyennant la grace de Dieu.

S. Dans quelle Secte avez-vous été élevé ? (*ou* élevée ?)

Cat. Dans la Religion (Juive, Mahometane, Payenne, &c.) *declarando quænam ea ſit.*

Deindè, ſi Catechumenus fuerit Judæus, ſic eum interrogabit Sacerdos.

Interrogatio. Renoncez-vous à l'endurciſſement & à l'aveuglement des Juifs, qui n'ont pas voulu reconnoître notre Seigneur Jeſus-Chriſt ?

℟. J'y renonce.

Int. Croyez-vous que le Seigneur Jeſus, Fils de la bienheureuſe Vierge Marie, eſt le Meſſie attendu par les Patriarches, prédit par les Prophetes, & promis par les ſaintes Ecritures de l'ancien Teſtament ?

℟. Je le crois.

Int. Croyez-vous que ce divin Sauveur eſt mort pour nos péchés, & que, ſans ſa mort, nous n'aurions point de ſalut à eſpérer ?

℟. Je le crois.

Int.

Digitized by Google

Int. Croyez-vous qu'il a abrogé par ſa mort les cérémonies de la Loi de Moyſe, & qu'elles ſont tellement abolies, qu'on ne peut plus les obſerver ſans péché?

℟. Je le crois.

Int. Croyez-vous que les Evangiles & les autres Livres du Nouveau Teſtament contiennent la parole de Dieu, & ont été dictés par le Saint-Eſprit?

℟. Je le crois.

Int. Croyez-vous qu'on ne peut être ſauvé que par les mérites de Jeſus-Chriſt?

℟. Je le crois.

Si Catechumenus fuerit Paganus, ſeu Idolorum cultor, omiſſis interrogationibus præcedentibus, hæc ab illo ſciſcitabitur Sacerdos.

Int. Renoncez-vous de tout votre cœur aux Idoles & aux fauſſes Divinités que vous avez adorées dans le tems de votre aveuglement?

℟. J'y renonce.

Int. Croyez-vous qu'il n'y a qu'un ſeul Dieu, créateur du Ciel & de la Terre?

℟. Je le crois.

Int. Croyez-vous que les ſaintes Ecritures de l'ancien & du nouveau Teſtament ſont inſpirées de Dieu?

℟. Je le crois.

Int. Croyez-vous qu'on ne peut être ſauvé que par les mérites de J. C.?

℟. Je le crois.

Si Catechumenus fuerit Mahumetanus, his eum verbis interrogabit Sacerdos.

Int. Renoncez-vous à toutes les impiétés de l'Alcoran, & des autres Livres des Mahométans?

℟. J'y renonce.

Int. Croyez-vous que notre Seigneur Jeſus-Chriſt, Fils de la bienheureuſe Vierge Marie, a été conçu par l'opération du Saint-Eſprit ?

℟. Je le crois.

Int. Croyez-vous que Notre Seigneur Jeſus-Chriſt eſt mort pour nous racheter ?

℟. Je le crois.

Int. Croyez-vous qu'il eſt Dieu égal à ſon Pere, & qu'il s'eſt fait homme pour notre ſalut ?

℟. Je le crois.

Int. Croyez-vous qu'il y a un ſeul Dieu en trois Perſonnes, le Pere, le Fils, & le Saint-Eſprit ;

℟. Je le crois.

Int. Croyez-vous que le bonheur du Paradis conſiſte dans la poſſeſſion de Dieu, & nullement dans la jouiſſance des plaiſirs ſenſuels ?

℟. Je le crois.

Int. Croyez-vous que les ſaintes Ecritures de l'ancien & du nouveau Teſtament ſont inſpirées de Dieu ?

℟. Je le crois.

Int. Croyez-vous qu'on ne peut être ſauvé que par les mérites de J. C. ?

℟. Je le crois.

Si fuerit Catechumenus ex alia Hæreticorum Secta, percontabitur ab eo Sacerdos nunc ſuæ Sectæ erroribus renuntiet, contrariaque illis dogmata credat & profiteatur ? Sigillatimque interrogabitur de præcipuis Catholicæ veritatis capitibus quæ hæreticis Sectæ illius opinionibus adverſantur.

Deindè, quamlibet Religionem aut Sectam ſequeretur Catechumenus, eum ſic interrogabit Sacerdos.

Int. Croyez-vous en Dieu le Pere tout-puiſſant, créateur du Ciel & de la Terre ?

℟. J'y crois.

Digitized by Google

Int. Croyez-vous en Jeſus-Chriſt ſon Fils unique, notre Seigneur, qui eſt né, & qui a ſouffert la mort pour nous ?

℟. J'y crois.

Int. Croyez-vous au Saint-Eſprit, la ſainte Egliſe Catholique, la Communion des Saints, la rémiſſion des péchés, la réſurrection de la chair, & la vie éternelle après la mort ?

℟. J'y crois.

Int. Croyez-vous qu'on ne peut recevoir dignement le Baptême, ſans avoir un ſincere regret de ſes péchés, & une volonté délibérée de vivre conformément à l'Evangile ?

℟. Je le crois.

Int. Avez-vous un regret ſincere de vos péchés, & promettez-vous à Dieu de vous en corriger ?

℟. Oui, moyennant la grace de Dieu.

Int. Avez-vous une volonté délibérée de vivre conformément à l'Evangile ?

℟. Oui, moyennant la grace de Dieu.

Poſteà ſubjunget :

Int. Avez-vous un Parrain & une Marraine ?

℟. Oui, Monſieur.

Int. Qui eſt le Parrain ?

Reſpondet Patrinus : C'eſt moi, Monſieur.

Int. Qui eſt la Marraine ?

Reſpondet Matrina : C'eſt moi, Monſieur.

Tum Sacerdos Patrinum & Matrinam compellans, ab iis quæret :

Voulez-vous vivre & mourir dans la Foi de l'Egliſe Catholique, Apoſtolique & Romaine ?

Patrinus & Matrina : Oui, moyennant la grace de Dieu.

Sacerdos Catechumeno : Renoncez-vous à Satan ?

Catechumenus : J'y renonce.

S. Et à toutes ſes œuvres ?

Cat. J'y renonce.

S. Et à toutes ſes pompes ?

Cat. J'y renonce.

Sacerdos Patrino & Matrinæ : Quel nom donnez-vous à ce (*ou* à cette) Catechumène ?

℟. N.

Hìc genua flectet Catechumenus : Sacerdos verò in Catechumeni faciem ter exſufflabit, quaſi ad expellendum; & ſemel dicet:

Recéde, immunde ſpíritus, ab hac imágine Dei, & da locum Spirítui ſancto Paracléto.

Tum in ejus faciem ſemel in modum Crucis, ore mediocriter aperto, leniter inſufflabit, quaſi ad fovendum; & continuò dicet:

Accipe Spíritum bonum per hanc inſufflatiónem, & Dei ✠ benedictiónem.

℣. Pax tibi;

℟. Et cum ſpíritu tuo.

Poſteà ſignum Crucis pollice dextro in Catechumeni fronte & pectore exprimet, dicens :

N. Accipe ſignum ſanctæ Crucis, tam in fronte ✠, quàm in péctore ✠: fidem ſume cœléſtium myſterió-

rum; ſuavitátem pércipe ſalutárium mandatórum; talis eſto móribus, ut templum Dei jam eſſe poſſis, ingreſſuſque (*vel* ingreſſaque) Eccléſiam Dei, evaſiſſe te láqueos mortis lætanter agnoſcas. *Si Catechumenus fuerit Judæus:* horreſce Judáicam cæcitátem, nóxiam réſpue incredulitátem. *Si Hæreticus in irritum baptizatus:* horreſce Hæréticam pravitátem, nefáriam réſpue (*nominetur Secta*) Sectam. *Si Mahumetanus:* horreſce Mahumetánam impietátem, pravam réſpue Sectam infidelitátis. *Si Paganus:* horreſce idóla, fictórum réſpue núminum ſimulácra.

Cole Deum Patrem omnipotentem, & Jeſum Chriſtum Fílium ejus únicum Dóminum noſtrum, ſedentem ad dextram Majeſtátis in excelſis: Qui ventúrus eſt judicáre vivos & mórtuos & ſéculum per ignem. ℟. Amen.

Hìc à genibus exurgit Catechumenus.

℣. Dóminus vobiſcum;
℟. Et cum ſpíritu tuo.

OREMUS.

OMNIPOTENS ſempiterne Deus, Pater Dómini noſtri Jeſu Chriſti, réſpice, quæſumus, ſuper hunc fámulum tuum quem (*vel* ſuper hanc fámulam tuam quam) ad percipiendam Chriſtiánæ fídei doctrínam vocáre dignátus es: omnem ab eo (*vel* ab ea) cæcitátem cordis expelle; diſrumpe láqueos ſátanæ quibus eſt alligátus (*vel* alligáta): áperi, Dómine, illi jánuam Aperto capite.

Digitized by Google

miſericórdiæ tuæ ; ut eam quæ deſursùm eſt, ſapiéntiam toto corde amplectens, ómnium cupiditátum cáreat inquinamentis, tibíque in Eccléſia tua cum exultatióne ſérviat, & de virtúte in virtútem ſic fórtiter ámbulet, ut dignus (*vel* digna) efficiátur ad Baptiſmi grátiam accédere. Per eumdem Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

OREMUS.

OMNIPOTENS & miſéricors Deus, huic fámulo tuo N. (*vel* huic fámulæ tuæ N.) in ténebris & in umbra mortis ſedenti, veram lucem viamque veritátis demonſtra ; ut, aperto interióris hóminis óculo, te unum Deum, Patrem, & Fílium, & Spíritum ſanctum agnoſcat ; fructumque hujus confeſſiónis, & hìc, & in futúro ſéculo percípere mereátur. Per eumdem Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

OREMUS.

PRECES noſtras, quæſumus, Dómine, clementer exáudi ; & hunc Electum tuum N. (*vel* hanc Electam tuam N.) Crucis Domínicæ ✠, (*hìc Sacerdos Catechumenum Cruce ſignat in fronte*) cujus impreſſióne eum (*vel* eam) ſignámus, perpétuâ virtúte cuſtódi ; ut mandáta tua fideliter éxequens, ad fontes aquárum vivéntium cœleſtemque regeneratiónem, ſecundùm propóſitum tuum & grátiam, pervenire mereátur. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Digitized by Google

[*Si Catechumenus fuerit Paganus, seu Idolorum cultor, adjiciet Sacerdos Orationem sequentem :*

OREMUS.

DOMINE Deus omnípotens, te súpplices invocámus super hunc fámulum tuum N. quem (*vel* super hanc fámulam tuam N. quam) de gentilitátis erróribus & impíssima conversatióne líberas : præsta, quæsumus, ut, qui priùs sine Christo & sine Deo erat in mundo, gratúitæ ad fidem vocatiónis benefícium mémori mente júgiter séntiat ; jam non ámbulet sicut gentes quæ te ignórant ; sed qui (*vel* quæ) convértitur à simulácris servíre tibi Deo vivo & vero, prístinam magìs ac magìs dedíscat cæcitátem & vitæ consuetúdinem, véteremque omninò depónat hóminem, & índuat novum : hunc (*vel* hanc) exáudi propítius, qui (*vel* quæ) sátanæ renúntians, idóla perhorrescens, tibíque firmiter adhærens, toto ánimo suspírat ad fontem sanctificatiónis ; ut in Christo regenerátus (*vel* regenerata), innocéntiæ castum velámen servet usque in diem Christi ejusdem Fílii tui Dómini nostri ; Qui tecum vivit & regnat Deus.

℟. Amen.]

Hìc genua flectit Catechumenus.

Completis Orationibus, Sacerdos aliquantùm salis benedicti dextro pollice & indice acceptum intromittet in os Catechumeni, dicens :

Accipe sal sapiéntiæ, ut sit tibi propítius Dóminus in vitam æternam. Operto capite.

℟. Amen.

Digitized by Google

℣. Pax tibi;

℟. Et cum ſpíritu tuo;

Hic ſurgit Catechumenus.

OREMUS.

Aperto capite. DEus patrum noſtrórum, qui hóminem diáboli invídiâ lapſum eâ mirábili diſpenſatióne inſtauraſti, ut, qui ex Adámo per culpam fílius iræ náſcitur, in Chriſto per grátiam fílius adoptiónis renaſcátur; auxiliáre fámulo tuo N. (*vel* fámulæ tuæ N.), atque in tuo nómine ſanctificátum ſal guſtantem reple infúſâ tui ſapóris dulcédine, guſtúque cœleſtis ſapiéntiæ: perduc eum (*vel* eam), Dómine, ad lavácrum regeneratiónis & renovatiónis Spíritûs ſancti, quem effundas in ipſum (*vel* in ipſam) abundè per Jeſum Chriſtum Salvatórem noſtrum; ut in póſterum, dirigéntibus Evángelii documentis, & confortante grátiâ quæ eſt in Chriſto Jeſu, permáneat in fide ſtábilis, ſpe gaudens, charitáte fervens, & cum Electis tuis promiſſiónum tuárum æterna præmia cónſequi mereátur. Per eumdem Chriſtum Dóminum noſtrum.

℟. Amen.

Poſt hanc Orationem, dicet Sacerdos Catechumeno:

Operto capite. Notre cher fils, (*ou* notre chere fille), mettez-vous à genoux, & dites, *Pater noſter*, (*ou Notre Pere.*)

Catechumenus dicet, Pater noſter (*ou* Notre Pere), *uſque ad* ſed libera nos à malo, (*ou* délivrez-nous du mal), *incluſivè.*

Addet

Digitized by Google

Addet Sacerdos : Levez-vous, & achevez votre priere : & *dicet Catechumenus :* Amen, (*ou* Ainſi ſoit-il.)

Poſteà dicet Sacerdos Patrino, ſi ſit vir baptizandus ; vel Matrinæ, ſi ſit mulier baptizanda :

Faites ſur lui (*ou* ſur elle) le ſigne de la Croix.

Et dicet Catechumeno :

Approchez.

Statim Patrinus Catechumenum, vel Matrina Catechumenam, dextro pollice in modum Crucis conſignabit ad frontem, dicens :

In nómine Patris ✠, & Fílii, & Spíritûs ſancti. (*ou* Au nom du Pere ✠, & du Fils, & du S.-Eſprit.)

Et continuò Sacerdos idem faciet, ſubjungetque Orationem ſequentem.

OREMUS.

DEus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Jacob, qui fílios Iſraël de terra Ægypti & de ſervitúte Pharaónis per mare Rubrum, Angelo protegente in columna ignis & nubis, mirabíliter eduxiſti ; te ſúpplices exorámus, ut hunc fámulum tuum N. (*vel* hanc fámulam tuam N.), miſſo páriter qui eum (*vel* eam) comitétur, Angelo ſancto tuo, ad Baptiſmi grátiam perdúcere dignéris, ſatanæque ereptum (*vel* ereptam) império, transferre in regnum Fílii dilectiónis tuæ ; Qui tecum vivit & regnat Deus. Aperto capite.

℟. Amen.

OREMUS.

ÆTERNE ac justíssime Deus, fons grátiæ & veritátis, qui Móysi Legem in monte Sinâ dedísti, & per melióris Testamenti mediatórem Jesum præcepísti ut omnes gentes in nómine Patris, & Fílii, & Spíritûs sancti baptizarentur; hunc fámulum tuum (*vel* hanc fámulam tuam) præveni in benedictiónibus dulcédinis; lavácro aquæ in verbo vitæ munda eum (*vel* eam) & sanctífica; ut per grátiam tuam justificátus (*vel* justificáta), hæres fiat secundùm spem vitæ æternæ. Per eumdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Hic genua flectet Catechumenus: tum Sacerdos, extensam supra ejus caput dexteram tenens, non tamen ipsum tangens, dicet elatiùs:

Operto capite. EXORCIZO te, immunde spíritus, in nómine Patris ✠, & Fílii ✠, & Spíritûs ✠ sancti, ut éxeas & recedas ab hoc fámulo Dei N. (*vel* ab hac fámula Dei N.) Per me tibi ímperat immortális glóriæ Rex, qui, ut impérium tuum destrúeret, fórtior te supervénit; qui étiam in potestáte & virtúte imperábat legiónis tuæ spirítibus, & trementes de homínibus exíbant. Da glóriam victóri ac triumphatóri tuo eídem Christo Jesu, Deo ac Dómino nostro, qui hunc fámulum suum (*vel* hanc fámulam suam) ad Fontem Baptísmatis, grátiamque regeneratiónis vocáre vocatióne suâ sanctâ dignátur. Et hoc signum sanctæ Crucis ✠, (*hìc dextro pollice in Crucis modum signat Catechumeni frontem*) quod nos fronti ejus impónimus, tu, maledicte, nunquam áudeas violáre.

Digitized by Google

Tum, dextrâ, ut priùs, ſuprà Catechumeni caput extensâ, hæc in verba Deum precabitur:

OREMUS.

OMNIPOTENS ſempiterne Deus, immenſam pietátem tuam ſuper hunc fámulum tuum N. (*vel* ſuper hanc fámulam tuam N.) humíliter implorámus, qui (*vel* quæ) cœleſtem cónſequi grátiam ſpirituáli regeneratióne deſíderat: eum (*vel* eam) ſúſcipe, Dómine, in miſericórdia tua, nec à ſua expectatióne confundas; ut Baptiſmo ſalútis renovátus (*vel* renováta), ſe Dei fílium (*vel* fíliam), Chriſti membrum, templumque ſancti Spíritûs factum (*vel* factam) eſſe júgiter memínerit, & tuórum alácriter viam currens mandatórum, ad promiſſa regni tui gáudia perveníre mereátur. Per eumdem Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen. Aperto capite.

Abſolutâ oratione, dextram imponet Sacerdos ſuper Catechumeni caput, ipſum leviter tangens (Patrino & Matrinâ dextras ad eumdem extenſas tenentibus, non tamen illum tangentibus), atque elatiùs dicet:

NEC te láteat, ſátana, imminére tibi pœnas, imminére tibi tormenta, imminére tibi judícium magnæ diéi, quæ véniet ſuccenſa quaſi camínus, in qua tibi & ángelis tuis ſempiternus palàm denuntiábitur cruciátus. Pro tua ígitur nequítia damnáte, iterùmque damnande, da honórem ſummo Patri, Deo vivo & vero, da honórem Jeſu Chriſto Fílio ejus cœterno, da honórem Spirítui ſancto Paracléto. In poteſtáte & virtúte Chriſti ejuſdem, qui te tótiès increpávit & Operto capite.

Digitized by Google

profligávit, præcípio tibi, inferne ſpíritus, ut diſcédas ab hoc fámulo Dei; hunc enim (*vel* ab hac fámula Dei; hanc enim) hódiè ipſe Deus & Salvátor noſter tuæ jugo ſervitútis exímere, ſibíque vindicáre dignátur, ut fiat templum Dei vivi per aquam regeneratiónis, in remiſſiónem ómnium peccatórum, in nómine ejuſdem Dómini noſtri Jeſu Chriſti; Qui ventúrus eſt judicáre vivos & mórtuos & ſéculum per ignem.

℟. Amen.

Tum Sacerdos dextro pollice accipiet de ſaliva oris ſui; tangenſque in modum Crucis aurem Catechumeni dextram, ſubindèque ſiniſtram, dicet:

Operto capite.

Ephphéta ✠, quod eſt ✠, Adaperíre; *& tangens nares, adjiciet:* In odórem ſuavitátis. *Denique ſono vocis elatiore ſubjunget:* Tu autem fuge, Sátana: ecce appropinquat Deus magnus & potens, Deus à forti prædam áuferens.

His peractis, Sacerdos Catechumenum paucis exhortabitur ut ſe proximis diſpoſitionibus ad Baptiſmum poſtero die ſuſcipiendum, renovato pietatis fervore, præparare ſtudeat: eoque ſic dimiſſo, recedet cum Clero & Miniſtris.

IPSO DIE baptizandi Adulti, horis matutinis, ante Miſſam, Sacerdos, ablutis manibus, fuſâ ad Deum oratione, & directâ intentione, ſuper Albam Stolâ candidâ & Pluviali ejuſdem coloris ornatus, comitantibus Miniſtris ceteroque Clero, è Sacrario procedet in Chorum; cunctiſque ad ſedes ſuas conſiſtentibus, ſeſe in ſalutiferæ Crucis modum conſignans, cantabit in tono Officii ſolemnis:

℣. Deus, in adjutórium meum intende:
℟. Dómine, ad adjuvandum me feſtína.
Glória Patri, &c.

Deindè alternis Choris cantabitur Pſalmus ſequens ſub Antiphona quam imponet Sacerdos: Cantoreſque Pluvialibus induti, Chorum regent.



Ant. Hau-ri-etis a-quas. 5. C.

PSALMUS 41.

QUEMADMODUM deſíderat cervus ad fontes aquárum, * ita deſíderat ánima mea ad te, Deus.

Sitívit ánima mea ad Deum fortem, vivum: * quandò véniam, & apparébo ante fáciem Dei?

Fuérunt mihi lácrymæ meæ panes die ac nocte, * dum dícitur mihi quotídiè: Ubi eſt Deus tuus?

Hæc recordátus ſum, & effúdi in me ánimam meam; * quóniam transíbo in locum tabernáculi admirábilis, uſque ad domum Dei;

In voce exultatiónis & confeſſiónis, * ſonus epulantis.

Quarè triſtis es, ánima mea, *. & quarè conturbas me?

Spera in Deo, quóniam adhùc confitébor illi: * ſalutáre vultûs mei, & Deus meus.

Ad meipſum ánima mea conturbáta eſt; * proptéreà me-

Digitized by Google

mor ero tuî de terra Jordánis, & Hermóniim à monte módico.

Abyſſus abyſſum ínvocat, * in voce cataractárum tuárum.

Omnia excelſa tua, & fluctus tui, * ſuper me tranſiérunt.

In die mandávit Dóminus miſericórdiam ſuam, * & nocte cánticum ejus.

Apud me orátio Deo vitæ meæ; * dicam Deo: Suſceptor meus es.

Quarè oblítus es meî, & quarè contriſtátus incédo, * dum affligit me inimícus?

Dum confringuntur oſſa mea, * exprobravérunt mihi qui tríbulant me inimíci mei;

Dum dicunt mihi per ſíngulos dies: * Ubi eſt Deus tuus?

Quarè triſtis es, ánima mea, * & quarè conturbas me?

Spera in Deo, quóniam adhùc confitébor illi: * ſalutáre vultûs mei, & Deus meus.

Glória Patri, &c.



Aperto capite.

Finitâ Antiphonâ, Sacerdos rectο tono cantabit:

Kyrie, eléiſon. ℟. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.

Sacerdos. Pater noſter, *ſecretò. Poſteà deprimendo* à Fa *in* Re:

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem;

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam,

℟. Et clamor meus ad te véniat.

Digitized by Google

℣. Dóminus vobiſcum;
℟. Et cum ſpíritu tuo.

OREMUS.

DOMINE Deus noſter, cujus poténtia hóminem creávit, & miſericórdia reformávit; réſpice propítius ad pietátem regenerandi Electi tui N. qui (*vel* Electæ tuæ N. quæ) toto corde ſalutárium éxpetit fontes aquárum; & concéde, ut ſitis, quam in ejus ánima vehementíſſimam éxcitat ſincéra fides, aquâ ſaliente in vitam æternam abundè expleátur. Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

℟. Amen.

Statim Sacerdos cum Miniſtris totoque Clero in ordine Proceſſionis, præeunte Cruce cum Ceroferariis, progredietur ad Catechumenum ſtantem ad Eccleſiæ limen cum Patrino & Matrina, eumque ſic interrogabit:

S. Que demandez-vous à Dieu & à ſon Egliſe? Operto capite.

Cat. Le don de la Foi, & le Sacrement de Baptême.

S. La Foi conſiſte principalement à croire & adorer un ſeul vrai Dieu, & Jeſus-Chriſt ſon Fils unique qu'il a envoyé ſur la terre pour nous racheter. Ne voulez-vous pas vivre & mourir dans cette Foi?

Cat. Je le veux & le promets.

S. Quel avantage eſperez-vous retirer du don de la Foi?

Cat. La vie éternelle.

S. Si vous voulez obtenir la vie éternelle, gardez les Commandemens. Aimez le Seigneur votre Dieu

Digitized by Google

de tout votre cœur, de toute votre ame, & de tout votre esprit; & votre prochain comme vous-même. Ces deux Commandemens renferment toute la Loi & les Prophètes. Ne voulez-vous pas observer jusqu'au dernier soupir ces deux Commandemens ?

Cat. Je le veux, & le promets.

Deindè Sacerdos Catechumenum brachio dextro accipit, atque in Ecclesiam introducit, his eum verbis alloquens :

N. Ingrédere in Templum Dómini; ut renátus (*vel* renáta) in Christo Jesu, ipsíusque cohæres factus (*vel* facta), introíre valeas in regnum cœlórum.

℟. Amen.

Catechumenus Ecclesiam ingressus, toto corpore se prosternit, Deum aliquantisper in silentio adoraturus. Tum surgit; &, monente Sacerdote, clarâ & intelligibili voce recitat primò Symbolum Apostolorum, deindè Orationem Dominicam.

[*Quòd si ex Hæreticis venerit Catechumenus, inter Symbolum Apostolorum & Orationem Dominicam emittet Fidei professionem ipse solus; aut saltem Sacerdotis eam legentis interrogationibus credere se respondebit singulatim. Extat inferiùs hæc Fidei professio, ubi describitur* Ordo Absolutionis publicæ ab Hæresi.

Recitato Symbolo & Oratione Dominicâ, Patrinus detteget Catechumeni pectus & scapulas in parte duntaxat superiore; illiusque caput nudabitur, si comam habeat ascititiam. Si autem res cum muliere agatur, Matrina ipsam cum omni modestia disponet ad Baptismum; sufficit enim ut commodè possit caput ejus ablui, & Unctiones ad partem proximè collo subjacentem tam antè quàm retrò fieri.

Aperto capite. *Interim Sacerdos ad Baptisterium accedens, quæcumque erunt ad Baptismum præparanda, ipse præparabit, vel præparari à Ministro curabit.*

Tum Catechumenus inter utrumque Susceptorem medius, Patrino scilicet à dextris constituto, Matrinâ verò à sinistris, ad sacrum

ſacrum Fontem accedet: continuòque Sacerdos ex altera parte ſtans versâ facie ad Catechumenum, hunc latinè, ſi hanc linguam intelligat, ſin minùs, gallicè interrogabit ut ſequitur; attendetque ut ipſe clarâ voce reſpondeat. Quòd ſi tamen ſurdus aut mutus, aut ignotæ linguæ ſit, tunc illius nomine reſpondebunt Suſceptores; ipſe verò nutu ſuam fidem, ſuumque conſenſum teſtificabitur.

N. Abrenúntias Sátanæ? (Renoncez-vous à Satan?) Operto capite.

Catechumenus reſpondet:

Abrenúntio, (J'y renonce.)

S. Et ómnibus pompis ejus? (& à toutes ſes pompes?)

Catechumenus reſpondet:

Abrenúntio, (J'y renonce.)

S. Et ómnibus opéribus ejus? (Et à toutes ſes œuvres?)

Catechumenus reſpondet:

Abrenúntio, (J'y renonce.)

Deindè Sacerdos intinctam Oleo Catechumenorum virgulam accipiet, Catechumenumque in modum Crucis unget, primùm in pectore, confeſtimque inter ſcapulas, dicens: Aperto capite uſque ad finem.

Ego te línio ✠ oleo ſalútis in Chriſto Jeſu ✠ Dómino noſtro, ut hábeas vitam æternam.

℟. Amen.

Peractâ primâ unctione, ſtatim eam abſterget; peractâ ſecundâ, idem faciet.

Poſteà nominatim appellatum Catechumenum his verbis interrogabit:

N. Credis in Deum, Patrem omnipotentem, creatórem cœli & terræ?

(N. Croyez-vous en Dieu, le Pere tout-puiſſant, créateur du ciel & de la terre?)

Catechumenus reſpondet:

Credo, (J'y crois.)

S. Credis in Jeſum Chriſtum, Fílium ejus únicum, Dóminum noſtrum, natum & paſſum ?

(Croyez-vous en Jeſus-Chriſt, ſon Fils unique, notre Seigneur, qui eſt né, & qui a ſouffert *la mort pour nous ?*)

Catechumenus reſpondet :

Credo, (J'y crois.)

S. Credis in Spíritum ſanctum, ſanctam Eccléſiam Cathólicam, Sanctórum communiónem, remiſſiónem peccatórum, carnis reſurrectiónem, vitam æternam poſt mortem ?

(Croyez-vous au ſaint Eſprit, la ſainte Egliſe Catholique, la communion des Saints, la rémiſſion des péchés, la réſurrection de la chair, & la vie éternelle après la mort ?)

Catechumenus reſpondet :

Credo, (J'y crois.)

S. N. Quid petis ? (N. Que demandez-vous ?)

Catechumenus reſpondet :

Baptiſmum. (le Baptême.)

S. N. Vis baptizári? (N. Voulez-vous être baptiſé (*ou* baptiſée ?)

Catechumenus reſpondet :

Volo. (Je le veux.)

Tunc, Patrino à dextris Matrinâque à ſiniſtris Catechumenum ita ſuſtinentibus, ut ejus caput ſupra Fontis Baptiſmalis piſcinam ſit inclinatum, Sacerdos Urceolo, aliove ad ſolum hunc uſum comparato vaſculo, aquam haurit de Fonte Baptiſmali (cui ſtatim ſuum à Miniſtro reponitur operculum), & eam actione continuâ fundit ſuper Catechumeni caput, ter ſignum Crucis ubi notatur, exprimens, ſimulque dicens diſtinctè, attentè, & cum baptizandi intentione :

N. Ego te baptízo in nómine Patris ✠, & Fílii ✠, & Spíritûs ✠ ſancti.

[*Si dubitetur an Catechumenus baptizatus aut legitimè baptizatus fuerit, utetur Sacerdos formulâ ſequenti :*

N. Si non es baptizátus, ego te baptízo in nómine Patris ✠, & Fílii ✠, & Spíritûs ✠ ſancti.]

Deindè virgulam Chriſmate ſacro intinctam accipiet, dicetque :

Deus omnípotens, Pater Dómini noſtri Jeſu Chriſti, qui te regenerávit ex aqua & Spíritu ſancto, tibíque remiſſiónem conceſſit ómnium peccatórum tuórum, [*ſequentia verba pronuntians, in modum Crucis ungit capitis ſummitatem*) ipſe te líniat ✠ Chríſmate ſalútis in eódem Chriſto Jeſu Dómino noſtro, in vitam æternam.

℟. Amen.

Et ſtatim unctionem abſtergit.

Tum Patrinus Neophytum, vel Matrina Neophytam, veſte albâ in modum pallii brevioris induet, quam priùs Sacerdos Neophyto vel Neophytæ porrexerit, dicens :

N. Accipe veſtem cándidam, quam immaculátam pérferas ante tribúnal Dómini noſtri Jeſu Chriſti, ut hábeas vitam æternam.

℟. Amen.

Deindè Cereum accenſum Neophyto vel Neophytæ porriget : dicens :

N. Accipe lámpadem ardentem, & Baptiſmi tui pactum inviolátum conſerva ; ut poſſis cum accenſâ charitátis lucernâ óbviàm exíre divíno Sponſo, & ad

cœleſtes ejuſdem núptias introductus (*vel* introducta), inter Electos gaudére in ſécula ſeculórum.

℟. Amen.

His peractis, Sacerdos, (nec quiſquam præterea) manus abluit ſupra Fontium Baptiſmalium piſcinam.

[*Si baptizet Pontifex; Adultus baptizandus, ante ſacram lotionem, genua ſubmittit ad ſedentis Pontificis pedes, caputque ſupra pelvim à duobus Miniſtris hinc & indè ſuſtentam inclinat; & Patrinus à dextris, Matrina verò à ſiniſtris, ejus, dum baptizatur, brachia ſuſtinent; iſque à genibus, niſi poſt acceptam in vertice unctionem Chriſmatis, non exurgit.*

Ipſe autem Pontifex, poſt traditionem Cerei ardentis, & ante Miſſam, Neophyto Confirmationem adminiſtrat.

Cæterùm conſulatur anteà deſcriptus Ordo Baptiſmi à Pontifice adminiſtrandi.]

¶ *Si plures ſimul adeſſent baptizandi Adulti, Orationes & Exorciſmi in plurali numero ſuper omnes in commune dicerentur; interrogationes verò ad unumquemque dirigendæ eſſent, actiones etiam ſuper unumquemque ſeorſim peragendæ, ut ſuperiùs deſignavit* Ordo plures ſimul Infantes baptizandi.

Tradito Cereo ardente, Neophytus hunc gerens, Patrinumque inter & Matrinam medius, Sacerdotem ſequitur è Baptiſterio revertentem; & in Chori introïtu conſiſtit, ut Miſſæ continuò celebrandæ, flexis genibus, interſit.

Priùs verò quàm Sacerdos illam incipiat, his aut ſimilibus verbis Neophytum alloquetur:

Operto capite.

QUE les miſéricordes du Seigneur ſont grandes, MON CHER FRERE (*ou* MA CHERE SŒUR)! Par une grace ſpéciale, il vous a choiſi (*ou* choiſie), il vous a diſtingué (*ou* diſtinguée) parmi cette multitude d'hommes qui ſont encore, hélas! enſévelis dans les ténèbres & les ombres de la mort; *le Soleil de juſtice s'eſt levé ſur vous, & il a fait luire ſa clarté dans votre cœur.*

Voyez ce que vous étiez il n'y a qu'un moment, & ce que vous êtes devenu (*ou* devenue) tout-à-coup par la grace de J. C. Vous étiez un *enfant de colere*, l'eſclave du péché:

Digitized by Google

votre partage, hélas ! devoit être la mort éternelle. Mais par les mérites du Sauveur, qui vous ont été appliqués, vous êtes devenu (*ou* devenue) enfant de Dieu, membre de ce corps myſtique dont Jeſus-Chriſt eſt le chef, le ſanctuaire de l'Eſprit ſaint, l'objet des complaiſances du Très-haut, l'héritier de ſa félicité & de ſa gloire. L'Egliſe a maintenant la joie de vous compter au nombre de ſes enfans ; &, non contente de vous avoir reçu (*ou* reçue) dans ſon ſein, elle vous prépare encore de nouveaux bienfaits. Ses Temples, ſes Tabernacles, ſes Sacremens, tous ſes tréſors vous ſont ouverts. Pourriez-vous déſormais lui être infidèle ? Ah ! ne perdez jamais le ſouvenir de la grace que vous venez de recevoir. Rappellez-vous ſans ceſſe à quelles conditions vous êtes entré (*ou* entrée) dans la milice de Jéſus-Chriſt, & n'oubliez jamais les ſermens que vous venez de faire à Dieu à la face des ſaints Autels.

O quel malheur ! M. C. F. (*ou* M. C. S.), ſi, après avoir été éclairé des lumières céleſtes, après avoir goûté le don de Dieu, après avoir été retiré (*ou* retirée) de la corruption du ſiècle par la miſéricorde de J. C. quel malheur, ſi vous redeveniez le jouet de l'erreur & du menſonge, l'eſclave du péché & du démon !

Nous avons une meilleure opinion de vous, M. C. F. (*ou* M. C. S.) ; la ferveur que vous avez fait éclater dans cette ſainte Cérémonie, & qui reſpire encore maintenant ſur toute votre perſonne, nous répond de votre perſévérance. Venez prendre place parmi les Chrétiens, venez goûter avec eux combien *le joug du Seigneur eſt doux, & ſon fardeau léger :* Venez *puiſer dans les ſources du Sauveur ces eaux* myſtérieuſes qui doivent *rejaillir juſques dans la vie éternelle.*

Et vous, Mon cher Frere & Ma chere Sœur, qui avez dirigé les pas de ce (*ou* cette) Néophyte dans le Temple du Seigneur, continuez d'être ſes anges tutélaires. Affermiſſez ſa foi par vos inſtructions, & plus encore par vos exemples ; afin que vous puiſſiez publier à jamais avec lui (*ou* elle), dans le Ciel, les grandeurs de celui qui n'a pas dédaigné de l'appeller du ſein des ténèbres à ſon admirable lumière. Ainſi ſoit-il.

Sacerdos, poſtquàm ſub utraque ſpecie communicavit, Corporis Chriſti participem facit Neophytum, nempè ſatis edoctum & ritè diſpoſitum ; quâ quidem geminâ conditione deficiente,

Digitized by Google

neque ad Confirmationis, neque ad Eucharistiæ Sacramentum admittetur.

Post Missam, deponit Sacerdos Casulam & Manipulum. Interim Neophytus ad Altare accedit, Patrinam habens ad dexteram, Matrinam verò ad lævam; sicque inter eos medius, cum ipsis genua submittit ad Altaris cornu sinistrum. Tunc Sacerdos recitat Evangelium S. Joannis In principio, *ut suprà, pag.* 10. *priùs impositâ in Neophyti caput extremâ parte Stolæ, quam, recitato Evangelio, ipsi præbet osculandam. Posteà subjungit:*

Ant. Sicut modò géniti Infantes, rationábile sine dolo lac concupíscite, ut in eo crescátis in salútem. [*T. P.* Allelúia.] 1. *Petr.* 2.

℣. Misericórdia tua, Dómine, subsequétur me,

℟. Omnibus diébus vitæ meæ. *Ps.* 22.

OREMUS.

CONCEDE, quæsumus, omnípotens Deus, ut qui (*vel* quæ) in similitúdinem mortis Christi consepultus est per Baptismum fámulus tuus N. (*vel* consepulta est per Baptismum fámula tua N.) in novitáte Spíritûs ita perseveranter ámbulet, ut regeneratiónis grátiam serváre, & ad promissam in cœlis hæreditátem pervenire mereátur. Per eumdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Benedícat & custódiat te omnípotens & misércors Deus, Pater ✠, & Fílius, & Spíritus sanctus.

℟. Amen.

Postremò Baptismati in Parochiales Actorum Codices relato subscribet ipse Neophytus, si scribendi sit peritus; alioquin, eum ritè interpellatum subscribere non potuisse annotabitur; caterique, de more, subscribent.

Digitized by Google

ORDO

Supplendi Cæremonias Baptiſmales ſuper aliquem adultâ ætate baptizatum.

SI quis adultâ ætate in mortis periculo baptizatus fuerit, & poſteà convaleſcat, ei ſupplebuntur Baptiſmi Cæremoniæ ut ſuprà notatum eſt pro Adultis in ortu baptizatis, pag. 40. excepto quòd, poſt Interrogationes: Croyez-vous en Dieu le Pere tout-puiſſant, &c. *interrogabitur Neophytus, prout anteà Judæus, vel Mahumetanus, vel Paganus fuerit, quemadmodùm ſuperiùs in Ordine Baptiſmi Adultorum, pag. 48; ut Sectæ quondam ſuæ erroribus palàm diſerèque renuntiet.*

Dum autem fiet Chriſmatis unctio in ſummitate capitis, hâc formulâ utendum erit:

Deus omípotens, Pater Dómini noſtri Jeſu Chriſti, qui te regenerávit ex aqua & Spíritu ſancto, tibíque remiſſiónem conceſſit ómnium peccatórum tuórum, (*ſequentia verba pronuntians, in modum Crucis ungit capitis ſummitatem*) ipſe te líniat ✠ Chríſmate ſalútis in eódem Chriſto Jeſu Dómino noſtro, in vitam æternam. ℟. Amen.

Exhortationi verò de ſuppletis Cæremoniis, poterit Sacerdos quædam præmittere & ſubjungere de gratiâ Baptiſmi, tum ſuſceptâ, tum cuſtodiendâ. Vide Exhortationem ad baptizatum Adultum, pag. 68 & 69.

Poſt traditionem Cerei ardentis, Neophytus Confirmationem accipiet, ſi adſit Pontifex; & ipſe in Miſſa particeps Corporis Chriſti fiet, ſi ſatis edoctus, & ritè præparatus fuerit.]

ADULTIS, qui ab Hæreticis, ſervatâ materiâ & formâ legitimâ, baptizati fuerint, conſulto priùs Diœceſano Antiſtite, omiſſæ Cæremoniæ ſuppleri poterunt, ſi ipſimet poſtulaverint. His autem primùm dabitur Abſolutio publica ab Hæreſi, juxta Ordinem inferiùs ſuo loco deſcriptum, ac deindè Abſolutio ſacramentalis; niſi, gravibus de cauſis, præmittendam cenſuerimus Abſolutionem ſacramentalem, vel omninò prætermittendam Abſolutionem publicam.

Digitized by Google

ORDO

BENEDICENDI Mulierem poſt partum.

CUM ad Eccleſiam venerit puerpera benedicenda, Parochus, ſi commodum fuerit, & illa rogaverit, Miſſam priùs celebrabit de die, vel (niſi ſit Feſtum Duplex, aut Dominica) votivam de B. Maria Virgine, vel eam quæ in Miſſali propria occurrit.

Peractâ Miſſâ, Mulier ad infimum Altaris gradum genua flectet: Sacerdos autem, depoſitis caſulâ & manipulo, panem ab ipſa oblatum in cornu Epiſtolæ benedicet, ut ſequitur. (Si diei color ſit niger aut violaceus, Sacerdos ornamenta deponet quibuſcum celebravit, & Stolam albi coloris induet ſuper Albam.)

℣. Adjutórium ✠ noſtrum in nómine Dómini;
℟. Qui fecit cœlum & terram.
℣. Dóminus vobiſcum;
℟. Et cum ſpíritu tuo.

OREMUS.

BEnedic ✠, Dómine, hunc panem, creatúram tuam, qui benedixiſti quinque panes in deſerto; ut ex eo cómedens fámula tua, ſalútem conſequátur mentis & córporis; Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Tum Sacerdos panem Aquâ benedictâ reſpergit in modum Crucis, & Mulieri tradit.

Deindè Stolâ capiti ejus impoſitâ, dicit:

℣. Dóminus vobiſcum;
℟. Et cum ſpíritu tuo.

℣. Sequéntia

Digitized by Google

℣. Sequéntia ſancti Evangélii ✠ ſecundùm Lucam.
℟. Glória tibi, Dómine.

POSTQUAM impléti ſunt dies purgatiónis Maríæ ſecundùm legem Móyſi, tulérunt Jeſum in Jerúſalem, ut ſiſterent eum Dómino, ſicut ſcriptum eſt in lege Dómini: Quia omne maſculínum adapériens vulvam, ſanctum Dómino vocábitur. Et ut darent hóſtiam, ſecundùm quod dictum eſt in lege Dómini, par túrturum, aut duos pullos columbárum. Et ecce homo erat in Jerúſalem, cui nomen Símeon, & homo iſte juſtus & timorátus, expectans conſolatiónem Iſraël; & Spíritus ſanctus erat in eo. Et reſponſum accéperat à Spíritu ſancto, non viſúrum ſe mortem, niſi priùs vidéret Chriſtum Dómini. Et venit in Spíritu in Templum. Et cùm indúcerent púerum Jeſum parentes ejus, ut fácerent ſecundùm conſuetúdinem legis pro eo, & ipſe accépit eum in ulnas ſuas, & benedixit Deum, & dixit: Nunc dimittis ſervum tuum, Dómine, ſecundùm verbum tuum in pace; quia vidérunt óculi mei ſalutáre tuum, quod paraſti ante fáciem ómnium populórum, lumen ad revelatiónem géntium, & glóriam plebis tuæ Iſraël.

℟. Laus tibi, Chriſte.

Ant. Salvábitur múlier per filiórum generatiónem, ſi permánſerit in fide, & dilectióne, & ſanctificatióne. 1. *Tim.* 2.

℣. Salvam fac ancillam tuam,

℟. Deus meus, ſperantem in te. *Ex Pſ.* 85.

Digitized by Google

OREMUS.

OMNIPOTENS ſempiterne Deus, qui pœnálem pariéntium dolórem per Beátæ Maríæ Vírginis partum in gáudium convertiſti: réſpice propítius ſuper hanc fámulam tuam; ut quæ hodiernâ die Templum ſanctum tuum cum gratiárum actióne ingréditur, ejuſdem ſanctiſſimæ Vírginis interceſſióne ad æternæ beatitúdinis gáudia (unà cum prole) pervenire mereátur. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

(*Si obierit infans, omittitur parentheſis.*)

Tum Mulierem Aquâ-benedictâ in modum Crucis aſpergit, dicens:

Benedíctio Dei omnipotentis, Patris ✠, & Fílii, & Spíritûs ſancti deſcendat ſuper te, & máneat ſemper. ℟. Amen.

Poſtremò Mulieri Stolam prebet oſculandam.

Si autem non celebretur Miſſa ante Benedictionem, Sacerdos Superpelliceo Stolâque albâ indutus, cætera eo qui ſuprà dictus eſt ordine exequetur.

Peractâ Benedictione, puerperam, ſi neceſſe videbitur, admonebit, ne infantem in eodem lecto ſecum dormire patiatur, ſcilicet propter periculum oppreſſionis: qua de re jam debuit à Matrina moneri.

Digitized by Google

FORMA

JURISJURANDI ab Obſtetricibus ſeu Matronis admiſſis præſtandi.

HOc Juramentum Pariſiis & in Bannileuca præſtatur coram Parochis ; in reliqua autem Diœceſi, coram Archidiaconis in decurſu Viſitationis ; ſin autem, extra Viſitationem, coram Parochis, & in Viſitatione ſequenti coram Archidiaconis iteratur.

Electa Obſtetrix, leget verba Juramenti clarâ voce, & coram ſacro Evangeliorum Codice. Si autem legere neſciat, Parochum vel Archidiaconum verba ſuggerentem, attentè audiet, ac ſingula clarè & diſtinctè pronuntiabit.

Je *N.*, épouſe (*ou* veuve) de *N.*, promets & jure à Dieu le Créateur tout-puiſſant, & à vous, Monſieur, qui êtes ſon Miniſtre, de vivre & de mourir dans la Foi de l'Égliſe Catholique, Apoſtolique & Romaine, & de m'acquitter avec le plus d'exactitude & de fidélité qu'il me ſera poſſible, de la fonction qui m'eſt confiée. J'aſſiſterai de nuit & de jour dans leurs couches les femmes pauvres comme les riches ; j'apporterai tous mes ſoins pour qu'il n'arrive aucun accident ni à la Mere ni à l'Enfant ; & ſi je vois quelque danger qui m'inſpire une juſte défiance de mes forces & de mes lumieres, j'appellerai des Médecins, ou des Chirurgiens, ou des femmes expérimentées dans cet art, pour ne rien faire que de leur avis & avec leur ſecours. Je promets de ne point révéler les ſecrets des familles, ni des perſonnes que j'aſſiſterai :

Digitized by Google

de ne point uſer ni ſouffrir qu'on uſe de ſuperſtition, ou de moyens illicites, ſoit par paroles, ſoit par ſignes, ou de quelque autre maniere que ce puiſſe être, pour procurer la délivrance des femmes dont les couches ſeront difficiles & paroîtront devoir être dangereuſes ; mais de les avertir de mettre leur confiance en Dieu, & d'avoir recours aux Sacremens & aux prieres de l'Égliſe. Je promets auſſi de ne rien faire par vengeance, ni par aucun autre motif criminel ; de ne jamais conſentir, ſous quelque prétexte que ce ſoit, à ce qui pourroit faire périr le fruit ou avancer l'accouchement par des voies extraordinaires & contre nature ; mais de procurer de tout mon pouvoir, comme femme de bien & craignant Dieu, le ſalut corporel & ſpirituel, tant de la Mere que de l'Enfant. Enfin je promets d'avertir ſans délai mon Paſteur de la naiſſance des enfans ; de n'en baptiſer, & de ne ſouffrir qu'on en baptiſe aucun à la maiſon, hors le cas d'une vraie néceſſité (& de n'en porter aucun à baptiſer aux Miniſtres des Hérétiques.)

Tum Evangeliorum Codicem à Parocho admotum dexterâ tangens, ita concludet : Ainſi Dieu me ſoit en aide, & ces ſaints Evangiles.

Poſtremò ſacrum Codicem oſculabitur.

His peractis, nomen Obſtetricis, diemque præſtiti ab ea Juramenti deſcribet Parochus ſeorſim in aliqua parte Libri Concluſionum Fabricæ, juxta Formulam quæ, inter cæteras, circa hujus Voluminis finem occurret.

ORDO
MINISTRANDI SACRAMENTUM
CONFIRMATIONIS.

SI quandò Nobis, aut alteri, de noſtra licentia, Epiſcopo, ſeſe occaſio dederit adminiſtrandæ Confirmationis, & deſit Pontificalis Liber, ipſius loco erit hoc Volumen.

PONTIFEX confirmare volens, induatur ſupra Rochetum Stolâ & Pluviali rubri coloris, & Mitram habeat in capite: tum, præcedente Clerico qui Pedum ejus Paſtorale deferat, aut illud ſiniſtrâ manu geſtans ipſe, ſi voluerit, accedat ad Altare, aut alium locum ſive in Eccleſia, ſive extra eam decenter paratum, & ſedeat in faldiſtorio, versâ facie ad Confirmandos. Adſint Sacerdotes vel Diaconi aut Subdiaconi qui ipſi miniſtrent.

Si ornamenta Pontificalia ad manum non habeat, ſupra Rochetum & Mozettam, Stolam rubri coloris accipiat cum Bireto.

Si Confirmandorum affluat numeroſa multitudo, poterit, ſi ſit infulatus, Pluviale ante Chriſmationem deponere, ut Unctiones commodiùs exequatur; quibus peractis, Pluviale reſumet. Dum Confirmatio in Eccleſia miniſtratur, ardeant Cerei majoris Altaris.

Confirmandis per ordinem ante Pontificem diſpoſitis, ipſe manus abluit, niſi antequàm ornamenta acciperet, eas jam abluerit. Tum, depoſitâ Mitrâ, ſurgit, & ſtans versâ facie ad Confirmandos in genua provolutos, junctis ante pectus manibus, dicit:

Spíritus ſanctus ſupervéniat in vos, & virtus Al- Aperto capite.
tíſſimi cuſtódiat vos à peccátis. ℟. Amen.

Digitized by Google

Deindè in salutiferæ Crucis modum se consignans, dicit:

℣. Adjutórium nostrum ✠ in nómine Dómini,
℟. Qui fecit cœlum & terram.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam,
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobiscum;
℟. Et cum spíritu tuo.

Tunc, manibus ad Confirmandos extensis, dicit:

OREMUS.

OMNIPOTENS sempiterne Deus, qui regenerâre dignátus es hos fámulos tuos ex aqua & Spíritu sancto, quique dedisti eis remissiónem ómnium peccatórum, emitte in eos Spíritum tuum sanctum Paraclétum de cœlis. ℟. Amen.

Spíritum sapiéntiæ & intellectûs. ℟. Amen.
Spíritum consílii & fortitúdinis. ℟. Amen.
Spíritum sciéntiæ & pietátis. ℟. Amen.

Adimple eos Spíritu timóris tui, & consigna eos signo Crucis ✠ Christi, in vitam propitiátus æternam. Per eumdem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte ejusdem Spíritûs sancti Deus, per ómnia sécula seculórum. ℟. Amen.

[*Hìc cantari potest Hymnus* Veni, Creator, *quem intonat Pontifex, & Chorus alternis prosequitur, dum sequentia peraguntur.*]

Pontifex sedens, vel etiam, si multitudo Confirmandorum id exegerit, dispositis illis per ordinem super gradus Sanctuarii, vel alibi, stans, illos confirmat per ordinem genuflexos: & uno ordine confirmato, illi surgunt, & alii genuflectunt, &

Digitized by Google

confirmantur ; & ſic uſque in finem. Pontifex inquirit ſigillatim de nomine cujuſlibet Confirmandi : & ſummitate pollicis dextræ manûs Chriſmate intinctâ , dicit : N. Signo te ✠ ſigno Crucis, *pollice in modum Crucis conſignans frontem Confirmandi ; ſic deindè proſequitur , ſignum Crucis ter manu ſuper eum exprimens :* & confirmo te Chriſmate ſalútis. In nómine Patris ✠, & Filii ✠, & Spíritûs ✠ ſancti. ℟. Amen. Operto capite.

Conſeſtim leviter eum in maxilla percutit, dicens : Pax tecum.

Ut quiſque ſacro inunctus erit Chriſmate , ſtatim ejus frontem linteolo abſterget Sacerdos. Peractis Unctionibus , Pontifex tergit medullâ panis & lavat pollicem & manus ſupra pelvim. Deindè aqua lotionis cum pane in Sacrarium ſeu piſcinam effunditur. Interim cantatur vel clarâ voce recitatur



Tum repetitur Antiphona : Confirma hoc, Deus. *Quâ repetitâ , ſurgit Pontifex , & ſtans verſâ facie ad Altare , dicit :*

℣. Oſtende nobís , Dómine , miſericórdiam tuam ; Aperto capite.
℟. Et ſalutáre tuum da nobis.
℣. Dómine , exáudi oratiónem meam ;
℟. Et clamor meus ad te véniat.

Digitized by Google

℣. Dóminus vobiſcum ;

℟. Et cum ſpíritu tuo.

Deindè, junctis ante pectus manibus, & omnibus confirmatis in genua provolutis, dicit :

OREMUS.

DEus, qui Apóſtolis tuis ſanctum dediſti Spíritum, & per eos eórumque ſucceſſóres cæteris Fidélibus tradendum eſſe voluiſti ; réſpice propítius ad humilitátis noſtræ famulátum ; & præſta, ut eórum corda, quorum frontes ſacro Chríſmate delinívimus, & ſigno ſanctæ Crucis ſignávimus, idem Spíritus ſanctus in eis ſupervéniens, templum glóriæ ſuæ dignanter inhabitando perficiat. Qui cum Patre & eódem Spíritu ſancto vivis & regnas in ſécula ſeculórum. ℟. Amen.

Continuò dicit : Ecce ſic benedicétur omnis homo, qui timet Dóminum.

Poſteà vertit ſe ad Confirmatos, & ſuper eos ſignum Crucis exprimit, dicens :

Benedícat ✠ vos Dóminus ex Sion, ut videátis bona Jerúſalem ómnibus diébus vitæ veſtræ, & habeátis vitam æternam. ℟. Amen.

Sedet Pontifex, & acceptâ Mitrâ, Confirmatos monet ut pro ſe orent, & dicant, ut moris eſt, Pater, Ave & Credo. *Quæ tria unus ex aſtantibus Presbyteris clarâ diſtinctâque voce pronuntiabit, ut Confirmati eadem cum ipſo recitare facilè poſſint.*

Tum diſcedunt omnes in ſilentio ; & ſi certo ordine venerint, eumdem ſervent in reditu.

ORDO



ORDO

MINISTRANDI

SANCTISSIMUM EUCHARISTIÆ *SACRAMENTUM IN ECCLESIA,*

Sive intrà, sive extra Missam.

SANCTISSIMUM Eucharistiæ Sacramentum ministrari solet, vel extra Missarum solemnia; vel intrà Missam, post Communionem Sacerdotis, & ante Ablutiones; vel in fine Missæ, & immediatè post ultimum Evangelium: convenientiùs tamen, quantùm fieri potest, intrà Missam, post Communionem Sacerdotis, & ante Ablutiones ministratur. Sed, pro ratione primi, secundi vel tertii ex modò dictis temporibus, distinctus in ministranda Corporis Christi Communione Ritus observandus est.

Ac primùm quidem, si extra Missarum solemnia ministrandum sit augustissimum Sacramentum, Sacerdos, priùs lotis manibus, & Superpelliceo indutus, ac desuper Stolâ coloris Officio illius diei convenientis, junctis manibus, procedet ad Altare, cujus in infimo gradu cùm genu flexerit, ascendet ad medium Altaris, Corporale extendet, Tabernaculi ostium reserabit, ac genuflectet; tum sacram Pyxidem educens, eam super Corporale deponet, operculum eximet, iterùmque genuflectens, præsentem Dominum JESUM adorabit.

Interim Clericus, aut alius Minister, uno saltem Cereo accenso, & (nisi sit mappa Communionis Sanctuarii cancellis appensa) extenso ante eos qui sacram Communionem accepturi sunt, linteo mundissimo, positis genibus ad cornu Epistolæ, Con-

ſeſſionis generalis formulam clarâ voce pronuntiabit, dicens: Confiteor Deo, *&c. Continuò Sacerdos iterùm genuflectet, junctiſque ante pectus manibus, vertet ſe ad populum (attendens ne retrovertatur medio Altari) & in cornu Evangelii dicet:*

Miſereátur veſtrî omnípotens Deus, &, dimiſſis peccátis veſtris, perdúcat vos ad vitam ætérnam. ℟. Amen.

Subjunget: Indulgéntiam, abſolutiónem ✠, & remiſſiónem peccatórum veſtrórum tríbuat vobis omnípotens & miſéricors Dóminus. ℟. Amen. *Dicens* Indulgéntiam, *&c. manu dextera Crucis ſignum exprimens, benedicet Communicandis. Utramque autem formulam ſemper in plurali numero enuntiabit, etiamſi unus tantùm adſit Fidelis communicandus.*

Tum ad Altare converſus, genuflectet, ſiniſtrâ manu Pyxidem ſumet, duobuſque digitis, pollice & indice, Sacramentum accipiet; converſuſque ad populum in medio Altari, ſemel dicet clarâ voce: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi. *Continuò ter dicet:* Dómine, non ſum dignus ut intres ſub tectum meum, ſed tantùm dic verbo, & ſanábitur ánima mea. *Quâ formulâ etiam utendum eſt, cùm fœminæ ſacra Communio miniſtratur.*

His dictis, ad Communicandos accedet, incipiens ab iis qui ſunt ex parte Epiſtolæ; ſed primò, ſi Sacerdotibus, vel aliis ex Clero miniſtranda ſit Corporis Chriſti Communio, illis ad gradus Altaris genenuflexis miniſtretur; ii ſaltem, ſi commodè fieri poſſit, intrà ſepimentum Altaris ſint à Laïcis diſtincti. Sacerdotes verò cum Sola communicent.

Sacerdos unicuique Sacramentum porrigens, cum eo ſignum Crucis exprimet ſuper Pyxidem, ſimul dicens: Corpus Dómini noſtri Jeſu ✠ Chriſti, *Communicans reſpondebit:* Amen, *& Sacerdos proſequetur*, cuſtódiat ánimam tuam in vitam ætérnam.

Poſtquàm omnes communicaverint, Sacerdos reverſus ad Altare, Pyxidem reponet in medio, & ſtatim genuflectet; advertetque diligenter, ut, ſi digitis adhæſerit aliqua Sacramenti particula, hanc demittat in Pyxidem, quam ſtatim in Tabernaculo recondet, cujus oſtium (flexo priùs genu) obſerabit. Poſteà digitos quibus tetigit Sacramentum, abluit in vaſculo, quod hujus rei cauſâ ſuper Altare eſſe debet cum

Digitized by Google

Purificatorio ad abſtergendos digitos. Dum hæc omnia exequitur Sacerdos, mediocri voce recitat:

Ant. O ſacrum convívium in quo Chriſtus ſúmitur, recólitur memória Paſſiónis ejus; mens implétur grátiâ, & futúræ glóriæ nobis pignus datur!

℣. Panem de cœlo præſtitiſti eis,

℟. Omne delectamentum in ſe habentem.

OREMUS.

DEus, qui nobis ſub Sacramento mirábili Paſſiónis tuæ memóriam reliquiſti; tríbue, quæſumus, ita nos Córporis & Sánguinis tui ſacra myſtéria venerári, ut Redemptiónis tuæ fructum in nobis júgiter ſentiámus: Qui vivis & regnas Deus. Amen.

Poſtremò verſus ad eos qui communicaverunt, extensâ manu dexterâ, ſic illis benedicet: Benedíctio Dei omnipotentis, Patris, & ✠ Fílii, & Spíritûs ſancti, deſcendat ſuper vos, & máneat ſemper. ℟. Amen.

Si autem ſanctiſſimi Sacramenti Tabernaculum collocatum ſit retrò Altare, vel alibi extra eum locum in quo miniſtranda ſit Corporis Chriſti Communio, ita ut aliquo circuitu aut inceſſu ad illud perveniendum ſit; Sacerdos eò procedit, uno ſaltem miniſtro præcedente, Cereumque accenſum gerente. Reſerato Tabernaculi oſtio, genuflectit, Ciborium ſeu Pyxidem ſacram accipit, quam utraque manu ante pectus elevatam ſummâ veneratione defert ad Altare, ubi miniſtranda eſt ſacra Communio. Eò cùm pervenerit, in medio ſtans, cum Pyxide ſignum Crucis exprimit ſuper populum; ac deindè converſus ad Altare, Pyxidem in illo deponit ſuper Corporale; tum genuflectit; poſtmodùm ſurgens, eam detegit, & quæ ſuperſunt proſequitur cum miniſtro (ut ſuprà dictum eſt). In fine, populo benedicit cum ſacra Pyxide, dicens, Benedíctio Dei omnipotentis, *&c. poſteàque Sacramentum, præcedente Miniſtro cum Cereo accenſo, refert in Tabernaculum; ipſoque intûs recondito, genuflectit, ac denique oſtium obſerat.*

Si contingat unum aut plures Fideles, abſolutâ Miſſâ, ſtatim ad communicandum accedere, tunc Sacerdos adhùc Ca-

ſuld indutus, ſacram Euchariſtiam eo modo qui ſuprà dictus eſt, miniſtrabit.

QUOD ſi intrà Miſſam poſt Sacerdotis celebrantis Communionem fieri debeat populi Communio, nec Hoſtiæ in Tabernaculo ſint jam anteà conſecratæ, Hoſtias in Miſſa conſecrat Sacerdos in ſacra Pyxide ſeu Ciborio præparatas. Si verò Miſſa Sacrificium ad Altare celebretur, in quo reſervari non ſoleat ſanctiſſima Euchariſtia; pro Communicandis (ſi pauci ſint) conſecrentur Hoſtiæ ſuper Corporale majori Hoſtiæ adjacentes. Itaque, cùm adſunt intrà Miſſam communicandi, Sacerdos, ſumpto pretioſo Sanguine, ſacram Pyxidem ſeu Ciborium aperit, vel Hoſtias conſecratas ſuper Patenam accipit. Interim dicitur Confiteor. *Tum Celebrans genuflectit; converſuſque ad populum in cornu Evangelii, dicit:* Miſereátur & Indulgéntiam, *ac ritu ſuperiùs expoſito Euchariſtiam porrigit Communicandis, incipiens à Diacono & Subdiacono ſuos Ordines in Miſſa majore ſolemniter exercentibus, ſi velint communicare. Finitâ Communione, revertitur ad Altare, nihil dicens, nec Benedictionem populo impertitur, eam ſcilicet in fine Miſſæ impertiturus. Si qua Sacramenti particula Patenæ adhæſerit, eam ſumit antequàm ſe purificet, vel in Calicem demittit, ut ſumat cum purificatione. Tum proſequitur Miſſam, dicens,* Quod ore; *ſe purificat, & Miſſam abſolvit.*

PRÆPARATIO
SACERDOTIS AD MINISTRANDUM
PŒNITENTIÆ SACRAMENTUM.

SACERDOS Confessiones auditurus, coram Altari, vel ad gradus sedis Confessionalis genua flectet, brevique oratione lumen & gratiam supplex à Deo postulabit, ut non modò ipse in re tanti momenti tantæque difficultatis nullo errore labatur, nec ullis se ipsum maculis contaminet, dum aliorum conscientias mundare intendit; verùm etiam ut in eorum cordibus qui ad Pœnitentiam confugiunt, Deus veram conversionem operari dignetur. In hunc igitur aut similem modum orabit.

In nomine Patris ✠, & Filii, & Spiritûs sancti. Amen.

Kyrie, eleison; Christe, eleison; Kyrie, eleison.

Pater noster, &c.

Deus, in adjutorium meum intende: Domine, ad adjuvandum me festina. *Ps.* 69.

Cor mundum crea in me, Deus; & spiritum rectum innova in visceribus meis. *Ps.* 50.

Ne projicias me à facie tua: & Spiritum sanctum tuum ne auferas à me. *Ibid.*

Docebo iniquos vias tuas; & impii ad te convertentur. *Ibid.*

Deus misericordiæ, tu elegisti me judicem filiorum tuorum, & filiarum; mitte sapientiam tuam de cœlis sanctis tuis, & à sede magnitudinis tuæ, ut mecum sit, & mecum laboret, & disponam populum tuum justè. *Sap.* 9.

OREMUS.

DOMINE Jesu Christe, qui Pœnitentiæ sanctum & salutare Sacramentum ad abstergendas animarum labes misericorditer instituisti, & in me, licèt indigno, posuisti verbum reconciliationis; me ipsum, qui primus gratiâ tuâ indigeo,

Digitized by Google

ab omni propitius culpæ contagione purifica, ut mihi creditum Sanguinis tui pretium dignè & cum fructu valeam dispensare. Suscipe etiam, Domine, quam pro famulis & famulabus tuis ad ministerium meum confugientibus, orationem in tuo conspectu effundo: quique omnes homines vis salvos fieri, & tuæ voluntatis non esse testaris ut pereat peccator, sed ut convertatur & vivat; da cunctis hoc tuæ clementiæ Tribunal adeuntibus, ut ad te per veram cordis contritionem, per sinceram oris Confessionem, & per strenuam operis Satisfactionem revertantur; Qui vivis & regnas Deus. Amen.

OREMUS.

ILLO nos igne cœlesti, quæsumus, Domine, jugiter inflamma, quem Salvator noster Jesus Christus venit mittere in terram, & voluit in omnium cordibus vehementer accendi; Qui tecum vivit & regnat Deus. Amen.

ORATIO

Post administratum Pœnitentiæ Sacramentum recitanda.

SACERDOS, cum suos Pœnitentes audierit, priusquàm ex Ecclesia discedat, flexis genibus, fructum sui laboris Deo commendet. Poterit autem hanc aut similem orationem, pro opportunitate, recitare.

OMNIPOTENS sempiterne Deus, de cujus munere venit ut tibi dignè & laudabiliter serviatur, præsta supplicibus tuis, quos nostro ministerio à peccatorum vinculis absolvisti, ut, sicut de tua misericordia confidunt, nullis tentationibus deinceps à te separentur; meque, per continuum gratiæ tuæ præsidium, in meo munere illibatum conserva. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Digitized by Google

CASUS

PONTIFICI maximo reſervati.

I. EXUSTIO voluntaria Templi, aut etiam domûs profanæ, cùm incendiarius eſt publicè denuntiatus.

II. Effractio & ſpoliatio Templi, Monaſterii, aut cujuſlibet ædis ſacræ, quandò ſacrilegus qui res Eccleſiæ cum effractione rapuit, publicè denuntiatus eſt.

III. Simonia realis in Ordinibus aut Beneficiis : & ſimiliter Confidentia.

IV. Cujuſcumque in ſacris Ordinibus conſtituti, Tonſuram ſuam & veſtem Clericalem aut Religioſam gerentis occiſio (etiam non cruenta), aut mutilatio membri alicujus; vel ejuſdem percuſſio atrox, id eſt, cum copioſa aliundè quàm è naribus effuſione ſanguinis, aut cum indignitate aliquâ maximè injuriosâ.

V. Percuſſio (etiam non atrox) Epiſcopi, alteriuſve Prælati.

VI. Portatio armorum ad partes Infidelium.

VII. Falſificatio Bullarum, ſeu Litterarum ſummi Pontificis.

VIII. Invaſio, deprædatio, occupatio, aut devaſtatio Terrarum Romanæ Eccleſiæ.

IX. Violatio Interdicti à ſummo Pontifice impoſiti.

Rariſſimè in his regionibus accidunt, ſi qui ſunt alii Caſus ſanctæ Sedi Apoſtolicæ reſervati. In dubio conſulendus eſt Præſul Diœceſanus.

Suprà enumeratis Caſibus, etiam occultis, annexa eſt Cenſura Excommunicationis *ipſo facto*.

Nullum verò crimen ſummo Pontifici reſervatum cenſetur, niſi ſit publicum & notorium; neque Cenſura crimini annexa, niſi pariter ſit publica & notoria.

Digitized by Google

CASUS

DD. Parisiensi Archiepiscopo reservati.

A CASIBUS Pontifici maximo reservatis, quemadmodùm & à Censuris annexis, quamdiù occulta sunt, absolvere potest, Ordinarius, vel Sacerdos ab eo delegatus. Absolvere similiter potest ab iisdem Casibus & Censuris, etiam publicis, Religiosos, Sanctimoniales, fœminas, senes, infirmos, pauperes, eos denique omnes qui sui juris non sunt, vel qui aliàs sine gravi incommodo aut periculo Romam petere nequeunt.

Prætereà Domino D. Archiepiscopo Parisiensi reservantur octodecim Casus sequentes, hisce technicis versibus comprehensi:

Hæreticus; Res, Personas, Loca sacra profanans;
Et Magus, & Blasphemus: Percussorque parentis:
Vitam auferre homini; vel procurare Duellum:
Conjugis, Infantisve, aut Fœtûs quærere mortem:
Raptus; & Incestus; Sodomorum infamia; Leno:
Igne cremare domos: & bis duo crimina Falsi.

In primæ tabulæ Decalogi præcepta.

Hæreticus; Res, Personas, Loca sacra profanans;
Et Magus, & Blasphemus.

I. *Hæresis*, id est, aliqua Fidei contraria opinio, non dubitanter vel inter sermocinandum prolata, sed pertinaciter & ex animo coram pluribus, quasi dogma statuendo, cognitæque definitioni Ecclesiæ resistendo, asserta ac defensa; aut in Hæreticorum communione vel conventu, etiam ex timore, aut simulando, declarata.

Annexa est Censura Excommunicationis ipso facto, eaque reservata.

Qui Hæreseos aliâ ratione reus erit, eum absolvere poterit Confessarius simpliciter approbatus.

II.

Digitized by Google

II. *Sacrilegium in res ſacras.* Quo nomine hìc intelliguntur,

1°. *Profanatio*, ſeu impius uſus ſanctiſſimæ *Euchariſtiæ*; non tamen Communio indigna. Item Chriſmatis, alterutriuſve Olei ſancti.

2°. *Matrimonium ſine* benedictione Sacerdotali, aliiſque *ſolemnitatibus* ad celebrationem Sacramenti Matrimonii præſcriptis, *contrahere* per verba de præſenti coram Parocho, ſeu Presbytero ejus vices gerente, ac Teſtibus. Quo pariter in Caſu verſantur Teſtes ad hoc præſentes, vel Notarius Actum conficiens.

Annexa eſt Cenſura Excommunicationis ipſo facto, eaque reſervata.

3. *Furtum rei ſacræ* in quovis loco, aut rei profanæ depoſitæ in loco ſacro.

III. *Sacrilegium in perſonas ſacras.* Hìc intelliguntur,

1°. *Gravis percuſſio Clerici vel Religioſi* in ſacris Ordinibus conſtituti. (Si ſit *enormis & atrox*, ſummo Pontifici reſervatur.)

Annexa eſt Cenſura Excommunicationis ipſo facto, eaque reſervata.

2°. *Concubitus Confeſſarii cum Pœnitente, & Pœnitentis cum Confeſſario:* Item Parochi cum Parochiana, & Parochianæ cum Parocho.

Si quis autem (quod Deus malum avertat) ſive Secularis, ſive Regularis Presbyter cum ſuo vel ſua Pœnitente, vel ſi quis Parochus cum ſuo Parochiano vel ſua Parochiana per ſolum etiam tactum ex natura ſua impudicum peccaverit; is, quamcumque priùs obtinuerit, vel poſteà obtinere poſſit, ſeu generalem, ſeu ſpecialem à Caſibus reſervatis abſolvendi facultatem, nunquam poterit (ne ipſo quidem Jubilæi tempore) nec licitè, nec validè, ab eo delicto & cæteris in eadem Confeſſione declarandis abſolvere delicti participem, etiam bonâ fide accedentem, id eſt, neſcientem Confeſſario deeſſe poteſtatem abſolvendi. Scilicet hujuſmodi Confeſſario, quicumque ille ſit, circa illud peccatum ita omnem facultatem *ipſo facto* ſubtrahimus, ut reddita cenſeri nun-

quam possit; solumque excipimus mortis articulum, aut verum periculum.

3°. *Concubitus cum Sanctimoniali.*

IV. *Sacrilegium in loca sacra.* Hìc intelliguntur,

1°. *Atrox*, violenta atque injuriosa *percussio in Ecclesia*, aut in alio loco sacro & benedicto.

2°. *Fornicatio;* sub qua hìc comprehenditur adulterium, & alius quilibet nefarius concubitus *in Ecclesia*, aut in alio loco sacro ac benedicto.

3°. *Exustio, aut cum spoliatione effractio Templorum* vel ædium sacrarum; quamdiù incendiarius, aut effractor ac spoliator non est publicè denuntiatus. (Si sit publicè denuntiatus, Absolutio Casûs ad summum Pontificem pertinet.)

Annexa est Censura Excommunicationis ipso facto.

4°. *Violatio clausuræ Regularis* per ingressum externarum utriuslibet sexûs personarum intra septa Monialium sine licentia aut necessitate.

Annexa est Censura Excommunicationis ipso facto.

Item, egressus Monialium extra septa clausuræ Regularis. Aut secularem quemcumque vel quamcumque, sine licentia aut necessitate, intrà septa clausuræ Regularis Monialium admittere.

Annexa est Censura Excommunicationis ipso facto.

V. *Magia.* Comprehenduntur hoc nomine maleficia, veneficia, divinationes, dæmonis ad prædicta aut similia invocationes, totiusque artis magicæ exercitium, seu actus quilibet.

Annexa est Censura Excommunicationis ipso facto.

Item *Magos ac Divinos*, aut eos qui divinos seu magos agunt, seriò & iis adhibitâ fide, non autem per jocum, per levem curiositatem aut per ignorantiam *consulere.*

VI. *Blasphemia publica vel scandalosa.*

Blasphemia *publica* dicitur, quæ *vel in judicio probata est, vel nullâ tergiversatione in tota vicinia celari potest.*

Cum scandalo blasphemat ille, qui blasphemat, iis qui præsentes sunt, advertentibus, & ad simile aliquid proferendùm excitatis, aut indè offensis, & horrore quodam perculsis.

Digitized by Google

Quod quidem solum (quamvis publica non fuerit blasphemia) sufficit, ut Casus sit reservatus. Et hoc non rarò domi accidit patri vel domino coram aliquibus (v. g. duobus) è liberis aut famulis.

Blasphemare autem in præsenti negotio ille censetur, qui Deo apertè, seu scripto, seu voce, renuntiat; vel execrationes & maledicta, verbis quibusdam impiis valdè injuriosis, odio & contemptui vicinis, & legum etiam civilium auctoritate sub pœna severa prohibitis, in Deum, vel in Beatam Mariam Virginem aut alios Sanctos vel Sanctas ex animo pronuntiat.

Quarè hac Reservatione non comprehenduntur (etsi gravia peccata sint, omninòque abolenda), 1°. juramenta & sacramenta per Deum, per Dei vitam, mortem, &c. nisi fortè eâ veluti execratione proferantur, quæ animi motum indignabundi, contemnentis aut quodammodò odio habentis contineat ac designet; 2°. corrupta aut dimidiata verba quædam, quibus Deo abrenuntiare aut injuriam facere aliqui videntur.

In secunda tabula Decalogi præcepta.

In quartum præceptum.

Percussorque parentis.

VII. *Percussio patris, matris*, avi, aviæ, aut alterius ex ascendentibus; item soceri & socrûs.

In quintum præceptum.

Vitam auferre homini; vel procurare Duellum;
Conjugis, Infantisve, aut Fœtûs quærere mortem.

VIII. *Homicidium voluntarium:* quale etiam illud censendum est, quod ab ebrio aut irâ percito committitur.

Item, suicidium opere quolibet attentare.

IX. *Duellum.* Cujus Casûs rei sunt omnes certantes in duello, socii certaminis; qui certantium *patrini* dicuntur, qui ad illud, etiam non secuturum, provocant scienter, suadentes, ex composito (non autem casu) spectatores; & qui, scienter, ad hujusmodi certamen locum suppeditant, arma-ve aut alia subsidia ministrant.

Annexa est Censura Excommunicationis ipso facto.

X. *Conjugi mortem machinari*, id eſt, non ſolùm mente meditari, ſed reipſâ tentare, licèt fortè mors non ſequatur.

XI. *Negligentia gravis in oppreſſione parvulorum ;* aut ex qua parvulo nondùm ratione utenti acciderit vulnus malumve aliud grave.

XII. *Procurare abortivum*, ſive fœtus animatus ſit, ſive inanimatus, & licèt abortus non ſequatur. Ad hoc dare conſilia, aut remedia ſcienter ſubminiſtrare. Item, ſi mulier gravida veriſimili abortûs periculo ſe ſcienter objiciat.

In ſextum præceptum.

Raptus ; & Inceſtus ; Sodomorum infamia ; Leno.

XIII. *Raptus* virginum vel mulierum honeſtè viventium, ſive ipſæmet invitæ, ſive invitis earum patre ac matre, aut curam gerente rapiantur.

Quo quidem in Caſu raptor ipſe, & omnes conſilium, auxilium aut favorem illi præbentes includuntur.

Annexa eſt Cenſura Excòmmunicationis ipſo facto.

XIV. *Inceſtus* intrà ſecundum conſanguinitatis vel affinitatis gradum, etiam ex illicita copula. In quem Caſum cùm incidit conjux, eo ipſo amittit jus poſtulandi debitum conjugale à ſua comparte, atque illo jure privatur, donec in ipſum reſtituatur ſpeciali Diſpenſatione ; quæ tamen incluſa cenſeri debet (quamvis nominatim non exprimatur) in facultate non generali quidem abſolvendi à Caſibus reſervatis, ſed ſpeciali quam Superior concedit abſolvendi ab eo peccato in Confeſſione declarato.

In aliis ulterioribus gradibus inceſtus non eſt Caſus reſervatus, neque ad DD. Archiepiſcopum aut ejus Pœnitentiarium confugere opus eſt, ut rea Pars in jus petendi debitum conjugale reſtituatur.

Cæterùm non amittitur prædictum jus per inceſtum cum perſona non conſanguinea conjugi delinquentis : v. g. ſi vir duas cognoſcat ſorores uxori ſuæ non conſanguineas. Eſt tamen inceſtus ille, Caſus reſervatus.

XV. *Sodomiticum peccatum*, inter ejuſdem aut diverſi ſexûs perſonas, etiam inter virum & uxorem.

Digitized by Google

Item *peccatum quod illo gravius eſt*, ſeu beſtialitas.

XVI. *Lenocinium*; quod ii committunt, qui aliorum ejuſdem inter ſe aut diverſi ſexûs libidinem atque impudicitiæ crimen procurant, cogendo, imperando, ſuadendo, alliciendo, invitando; aut ſcienter & ſponte ſuâ adjuvant, conſultò & de induſtria locum præbendo, epiſtolas ſcribendo aut deferendo, ſeu quæſtus causâ, ſeu nullo quæſtu.

In ſeptimum & octavum præceptum.

Igne cremare domos: & bis duo crimina Falſi.

XVII. *Exuſtio voluntaria domorum profanarum*, quamdiù incendiarius non eſt publicè denuntiatus. (Si fit publicè denuntiatus, Abſolutio Caſûs ad ſummum Pontificem pertinet.)

Annexa eſt Cenſura Excommunicationis ipſo facto.

XVIII. *Crimen falſi.* Quo quidem hìc comprehenduntur,

1°. *Falſam monetam cudere*, aut adulterare legitimam.

2°. *Falſum teſtimonium*, ſeu ſacramentum falsò præſtitum in propria aut aliena cauſa *coram Judice*, aut eo qui vices Judicis agit, cujuſmodi eſt qui vocatur *Commiſſarius*.

3°. *Falſum teſtimonium in cauſa Matrimonii* à contrahentibus Matrimonium, à teſtibus aut aliis, malâ fide ac dolo præſtitum (ſcripto aut vivâ voce, nihil intereſt), ut à Miniſtris Eccleſiæ Matrimonium irritum vel quavis ratione illicitum benedicatur & celebretur.

Annexa eſt Cenſura Excommunicationis ipſo facto, eaque reſervata.

4°. *Falſificatio Litterarum Eccleſiaſticarum.*

CENSURÆ DD. PARISIENSI ARCHIEPISCOPO RESERVATÆ.

QUATUOR Excommunicationes reſervatæ inter Caſus reſervatos recenſentur; ſcilicet Caſibus I. II. n. 1. III. n. 1. & XVIII. n. 3.

Suſpenſionem reſervatam incurrit ipſo facto,

I°. Qui ordinatur ab alieno Epiſcopo ſine Ordinarii licentia; aut à proprio Epiſcopo, ſuppoſitâ aliâ perſonâ ad ſubeundum examen, aut ſuppoſito Titulo ad Subdiaconatum requiſito.

Digitized by Google

II°. Qui SS. Eucharistiam defert ad extinguenda incendia, vel ad coërcendas inundationes, aut avertendas procellas.

III°. Qui Missam celebrat non indutus veste talari: Quo quidem in casu etiam versaretur, qui celebraret cum veste talari manicis carente (1); multò magis qui vestem adhiberet non ab humeris ad talos demissam, sed circa lumbos indecorè subnexam.

IV°. Alterius Diœcesis Sacerdos, qui in hac celebrat sine DD. Archiepiscopi licentia, & honorarium post quindecim dies ab accessu in hanc Diœcesim percipit.

V°. Qui Matrimonio jungit Hæreticum vel Hæreticam.

VI°. Qui alterius Parochiæ sponsos, sine illorum Parochi aut Episcopi licentia, Matrimonio conjungit aut benedicit.

Ab hac Censura absolvere competit Ordinario Pastoris illius qui Matrimonio interesse debebat, seu à quo suscipienda erat Benedictio nuptialis.

QUOD pertinet ad cæteros Casus cæterasve Censuras, quæ aliàs Nobis reservata esse possent, cuicumque Presbytero ad audiendas Confessiones approbato licentiam impertimur ab iis in foro conscientiæ absolvendi. Eæ Censuræ, & si quæ præterea Confessario & Pœnitenti ignotæ *ipso facto* incurrantur, tolluntur per hæc Absolutionis verba consueta: *Absolvo te primùm ab omni vinculo Excommunicationis* (*Suspensionis*) *& Interdicti, in quantùm possum & indiges.*

Etiamsi verò latissima obtineatur à Casibus & Censuris reservatis absolvendi facultas, tamen excepta censetur Absolutio à Censuris *ab homine* & per Sententiam aut per Monitorium latis, vel etiam ab ipsismet Censuris *à Jure*, quæ ad forum contentiosum deductæ fuerint.

---

(1) Vulgò *Alumelle*. Ordonnance du 23 Déc. 1783. art. VIII.

Digitized by Google

ORDO
MINISTRANDI
SACRAMENTUM PŒNITENTIÆ.

Sacerdos Pœnitentiæ Sacramentum in Eccleſia miniſtraturus, iiſque imbutus documentis quæ circa omnes Pœnitentialis miniſterii partes in ſecundo Paſtoralis hujus Volumine occurrunt, veſte talari & Superpelliceo indutus ſit. In Confeſſionali ſedeat operto capite, cujuſlibet conditionis vel dignitatis ſit Pœnitens; hoc enim ad Sacramenti dignitatem pertinet, in quo Sacerdos Judiciariam exercet poteſtatem.

Pœnitens verò, conſcientiâ priùs ſedulò diſcuſsâ, fuſiſque ad Deum precibus pro obtinenda cognitione & vero dolore peccatorum, ad latus Sacerdotis in genua provolutus, in habitu ſimplici & modeſto, nudo capite, ſi ſit vir, ac depoſito priùs gladio, ſi fortè illo fuerit accinctus, nullo ſuppoſito pulvinari, aut aliâ re ſimili, junctis nudiſque manibus, non chirothecâ indutis, aut manicâ involutis, ſeſe in modum ſalutiferæ Crucis conſignat, dicens: In nómine Patris, & ✠ Fílii, & Spíritûs ſancti. Amen.

Benedic mihi, Pater, quia peccavi (*ſeu vernaculè:*) Au nom du Pere, & du ✠ Fils, & du Saint-Eſprit. Ainſiſoit-il.

Béniſſez-moi, mon Pere, parce que j'ai péché.

Tunc Sacerdos, aperto capite, dicit:

Dóminus ſit in corde tuo, & in lábiis tuis, ut verè & íntegrè confiteáris ómnia peccáta tua; In nómine Patris, & ✠ Fílii, & Spíritûs ſancti. Amen (*ſignum Crucis ſuper Pœnitentem manu effingens.*)

Deindè operiens caput, ac decenter ſe componens, aurem præbet Confeſſioni audiendæ; obſervatque ut Pœnitens, ſi fieri poſſit, ita ſit collocatus, vultu paululùm averſo, ut neque ipſe

Digitized by Google

Sacerdotem, neque ipsum Sacerdos in faciem aspiciat, præsertim si sit mulier quæ confiteatur.

Pœnitens primò dicat latinâ linguâ, aut etiam vulgari:

Confiteor Deo, *usque ad* meâ culpâ. (*vel* Je confesse à Dieu, *usque ad hæc verba*, c'est ma faute.)

Deindè exprimat tempus ultimæ Confessionis in qua susceperit Absolutionem sacramentalem: tum rationem reddat de Pœnitentia in superiore Confessione imposita, an eam debitè impleverit: & sua peccata sigillatim declaret, prout poterit, clarè, distinctè atque integrè, exprimens eorum speciem, numerum, necessariasque circumstantias.

Omnibus declaratis, prout memoria suggesserit, & finitâ interrogatione Sacerdotis, (si adhibendam censuerit aliquam interrogationem,) Pœnitens concludit, dicens:

Et généralement je m'accuse de tous les autres péchés que je pourrois avoir commis, & dont je ne me souviens pas; j'en demande pardon à Dieu, je fais resolution de ne les plus commettre, moyennant sa grace, & vous demande Pénitence & Absolution.

Tum pectus ter percutiens, subjungit: Meâ culpâ, meâ culpâ, meâ maximâ culpâ; ideò precor, &c. (*aut vulgari linguâ*): C'est ma faute, c'est ma faute, c'est ma très-grande faute; c'est pourquoi je prie, &c.

Tum Sacerdos, aperto capite, dicit:

Misereátur tuî omnípotens Deus, & dimíssis ómnibus peccátis tuis, perdúcat te ad vitam æternam. Amen.

Deindè, dexterâ manu ad Pœnitentem elevatâ, ei benedicit, his verbis:

Indulgéntiam, absolutiónem ✠, & remissiónem ómnium peccatórum tuórum tríbuat tibi omnípotens & miséricors Dóminus. Amen.

Tunc Sacerdos paterno affectu Pœnitentem exhortatur. Dictis quæ dicenda censuerit, pro ratione peccatorum & conditione Pœnitentis, convenientem huic injungit Pœnitentiam.

Deindè

Deindè (niſi Pœnitentem ad tempus dimittendum cenſeat), operto capite, dextrâque ad ipſum extensâ, eum abſolvit hoc modo:

Dóminus noſter Jeſus Chriſtus, qui eſt ſuprémus Póntifex, ipſe te per ſuam piiſſimam miſericórdiam abſolvat; & ego, ipsíus auctoritáte, mihi, quamvis indigno, conceſsâ, abſolvo te, primùm ad omni vínculo Excommunicatiónis, (Suſpenſiónis), & Interdicti, in quantùm poſſum, & índiges: deindè, Ego te abſolvo à peccátis tuis; In nómine Patris, & ✠ Fílii, & Spíritûs ſancti. Amen.

(*Si Pœnitens ſit Laïcus, omittitur verbum* Suſpenſiónis.)

Sacerdos, ubi commodè fieri poteſt, ſubjungit, aperto capite:

Páſſio Dómini noſtri Jeſu Chriſti, mérita Beátæ Maríæ Vírginis & ómnium Sanctórum, ſuffrágia ſanctæ Matris Eccléſiæ, quidquid boni féceris & mali ſuſtinúeris, váleant tibi in remiſſiónem peccatórum, grátiæ incrementum, & præmium vitæ æternæ. Amen.

In Confeſſionibus autem frequentioribus & brevioribus, omitti poteſt Miſereátur; *& ſatis erit ut dicatur:* Dóminus noſter Jeſus Chriſtus, *ut ſuprà, uſque ad illud,* Páſſio Dómini.

(*Si Pœnitens non abſolvatur, Sacerdos, dextrâ ſuper ipſum extensâ, iterùm dicit,* Miſeréatur & Indulgéntiam, *ſignum Crucis ſuper eum pariter exprimens.*)

Urgente verò neceſſitate, ſcilicet in periculo mortis proximæ, ſic breviter enuntiari poteſt Abſolutionis formula:

Ego te abſolvo ab ómnibus Cenſúris & peccátis; In nómine Patris, & ✠ Fílii, & Spíritûs ſancti. Amen.

ORDO BENEDICENDI PUERIS CONFESSIS,

Necdùm abſolvendis.

SACERDOS, erga pueros nondùm Abſolutionis capaces, ejus loco, poterit ſequentem Benedictionem recitare:

Domine Jeſu Chriſte, qui dixiſti: Sinite parvulos venire ad me, talium eſt enim regnum cœlorum; ſuper hunc parvulum (*vel* hanc parvulam) rorem tuæ benedictionis effunde; ut, gratiâ, ætate, & ſapientiâ apud Deum & homines proficiens, ſalutem conſequatur æternam. In nomine Patris, & ✠ Filii, & Spiritûs ſancti. Amen.

ORDO ABSOLVENDI EXCOMMUNICATUM,

In foro ſive interno, ſive externo.

IN Abſolutione Excommunicati quæ fit in foro interno, ſeu conſcientiæ, non requiritur determinata verborum forma; ſed, ſi non abſolvatur ſimul à peccatis, hæc, aut ſimilis, cum intentione abſolvendi, omninò ſufficit:

Ego te abſolvo à vinculo Excommunicationis, teque in Eccleſiæ Communionem Sacramentorumque participationem reſtituo; In nomine Patris ✠, &c.

Si verò Excommunicatus abſolvatur ſimul à peccatis, eum abſolvat Sacerdos juxta formam communem ſuprà notatam in Abſolutione ſacramentali.

Digitized by Google

NON poteſt autem Sacerdos quemquam in foro externo ab Excommunicatione abſolvere, niſi priùs ſpeciale mandatum ad hoc obtinuerit ab eo qui Sententiam tulit, vel cui reſervata eſt Excommunicatio, vel denique à ſuperiore Judice in caſu appellationis. Quòd ſi in mandato certa præſcribatur Abſolutionis forma, hæc adamuſſim obſervanda eſt. Si autem nulla præſcribatur ſpecialis forma, ſequens obſervabitur Abſolutionis Ritus. Ante omnia verò, jubente Sacerdote, cum juramento polliceatur Excommunicatus obtemperaturum ſe Eccleſiæ mandatis; priùſque, ſi poſſit, Parti læſæ ſatisfaciat; ſin autem, idoneam cautionem ſuppeditet, aut ſaltem juret ſe, ſtatim atque poterit, ſatisfacturum.

Itaque, Pœnitens, flexis genibus coram Sacerdote ſedente, recitat totum Pſalm. 50. Miſérere meî, Deus. *cum* Glória Patri.

Deindè ſurgit Sacerdos, & dicit:

Kyrie, eléiſon. ℟. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon. Aperto capite.
Pater noſter, *ſecretò.*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem;

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Salvum fac ſervum tuum (*vel* ancillam tuam,)

℟. Deus meus, ſperantem in te. *Pſ.* 85.

℣. Ne memíneris iniquitátum ejus antiquárum:

℟. Citò antícipent eum (*vel* eam) miſericórdiæ tuæ. *Pſ.* 78.

℣. Adjuva eum (*vel* eam), Deus ſalutáris noſter; & propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera eum (*vel* eam);

℟. Et propítius eſto peccátis ejus propter nomen tuum. *Ibid.*

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam;

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobiſcum ;
℟. Et cum ſpíritu tuo.

OREMUS.

DEus, cui próprium eſt miſeréri ſemper, & párcere; ſúſcipe deprecatiónem noſtram, ut hunc fámulum tuum, quem (*vel* hanc fámulam tuam, quam) Excommunicatiónis ſenténtia conſtringit, miſerátio tuæ pietátis clementer abſolvat; Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Tum ſedet Sacerdos, & dicit :

Operto capite. Dóminus noſter Jeſus Chriſtus, qui eſt ſuprémus Póntifex, ipſe te per ſuam piiſſimam miſericórdiam abſolvat ; & ego, auctoritáte ipsíus, & ſanctíſſimi Dómini noſtri Papæ, (*vel* Illuſtríſſimi D. Archiepíſcopi Pariſienſis, *vel* talis Superióris) mihi, quamvis indigno, commiſsâ, abſolvo te à vínculo Excommunicatiónis quam incurriſti (*ſive* incurriſſe declarátus es, *vel* declaráta es) propter *tale factum vel cauſam*, &c. teque in Eccléſiæ Communiónem Sacramentorumque participatiónem reſtítuo ; In nómine Patris, & ✠ Fílii, & Spíritûs ſancti. Amen.

Sacerdos igitur, pro rei gravitate, prædictam Cæremoniam & preces adhibeat. Si autem res non fuerit adeò gravis, omiſſo Pſ. Miſerére, *& precibus ſupradictis, abſolvere poterit, dicens :*

Dóminus noſter Jeſus Chriſtus per ſuam piiſſimam miſericórdiam te abſolvat ; & ego, auctoritáte ipsíus,

Digitized by Google

& sanctíssimi Dómini nostri Papæ (*vel* Illustríssimi Archiepíscopi Parisiensis, *vel* talis Superióris) mihi, quamvis indigno, concessâ, absólvo te, &c. *ut suprà.*

ORDO ABSOLVENDI

EXCOMMUNICATUM

JAM mortuum.

SI quis Excommunicatus ex hac vita decedens, Contritionis signum aliquod exhibuerit; ne Ecclesiasticâ sepulturâ careat, sed Ecclesiæ suffragiis, quantùm fieri potest, adjuvetur, absólvi poterit hoc modo.

Si corpus nondùm sepultum fuerit, Excommunicatus absólvatur ut infrà; deindè corpus in loco sacro sepeliatur.

Si verò fuerit sepultum in loco profano; ubi commodè fieri poterit, sepulcro educetur, &, post Absolutionem, in loco sacro sepelietur: si autem sepulcro educi commodè non possit, absólvatur.

Quòd si in loco sacro tumulatum fuerit, non effodietur, sed Sacerdos à DD. Archiepiscopo delegatus, super mortui sepulturam recitabit Psalm. 50. Miserére meî, Deus, &c. *Et continuò Antiphonam:* Exultábunt Dómino ossa humiliáta.

Quo dicto, Excommunicatum absólvet his verbis:

Auctoritáte mihi, quamvis indigno, concessâ, ego te absólvo à vínculo Excommunicatiónis, quam incurrísti (*vel* incurrísse declarátus es, *vel* declaráta es) propter *tale factum;* teque in Fidélium Communiónem restítuo; In nómine Patris, & ✠ Fílii, & Spíritûs sancti. Amen.

Deindè recitabitur Psalm. De profundis, *& in fine,*

℣. Réquiem æternam dona eis, Dómine,
℟. Et lux perpétua lúceat eis.
Kyrie, eléíſon. ℟. Chriſte, eléíſon. Kyrie, eléíſon.
Pater noſter, *ſecretò.*
℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem,
℟. Sed líbera nos à malo.
℣. A porta ínferi,
℟. Erue, Dómine, ánimam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam;
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíſcum;
℟. Et cum ſpíritu tuo.

OREMUS.

DA, quæſumus, Dómine, ánimæ fámuli tui, quem (*vel* fámulæ tuæ, quam) Excommunicatiónis ſenténtia conſtrinxerat, refrigérii ſedem, quiétis beatitúdinem, & ſuperni lúminis claritátem. Per Chriſtum Dóminum noſtrum.
℟. Amen.

Poſtremò Sacerdos Aquâ-benedictâ corpus aut ſepulturàm aſpergit, dicens: Requieſcat in pace.
℟. Amen.

¶ *Si ſit abſolvendus aliquis in Interdicto mortuus, idem Ritus obſervabitur, excepto quòd, loco* Excommunicatiónis quam, *dicetur* Interdicti quod; *& in Oratione, loco* Excommunicatiónis, *dicetur* Interdicti.

Digitized by Google

ORDO ABSOLVENDI

A Suſpenſione vel ab Interdicto, atque etiam diſpenſandi ſuper Irregularitate, extra vel intrà Sacramentalem Confeſſionem.

SI Sacerdoti commiſſa ſit facultas aliquem abſolvendi à Suſpenſione vel ab Interdicto; quamvis nulla verba ſint præcisè determinata, poterit tamen hanc formulam adhibere.

Pœnitens dicat, Confiteor. *Sacerdos*, Miſereatur & Indulgentiam. *Deindè:* Auctoritate mihi, quamvis indigno, à *N.* traditâ, ego abſolvo te à vinculo Suſpenſionis quam, (*vel* Interdicti quod) propter *tale factum*, vel *talem cauſam*, incurriſti, *ſeu* incurriſſe declaratus es, *vel* declarata es. In nomine Patris, & ✠ Filii, & Spiritûs ſancti. Amen.

Si autem Confeſſario indulta fuerit poteſtas ſuper Irregularitate diſpenſandi, ſive in foro conſcientiæ, ſive extra illud; tunc, poſtquàm Pœnitentem abſolverit à peccatis, addat continuò:

Et eadem auctoritate diſpenſo tecum ſuper Irregularitate quam, *ob talem cauſam*, (*vel* Irregularitatibus, *ſi ſint plures*, quas, *ob tales cauſas*,) incurriſti; teque habilem reddo & reſtituo executioni Ordinum & officiorum tuorum. In nomine Patris, & ✠ Filii, & Spiritûs ſancti. Amen.

Si nullum habeat Ordinem, dicatur: Teque habilem reddo ad omnes Ordines ſuſcipiendos, (*vel etiam ad alia*,) *juxta tenorem mandati.*

Quòd ſi verò neceſſe ſit Titulum Beneficii reſtituere, & fructus malè perceptos condonare, ſubjungatur:

Et reſtituo tibi Titulum Beneficii, (*ſeu* Titulos Beneficiorum,) & condono tibi fructus malè perceptos. In nomine Patris, & ✠ Filii, & Spiritûs ſancti. Amen.

Videat autem Sacerdos diligenter, ne facultatis ſuæ terminos ullo modo in his excedat.

Digitized by Google

ORDO

APPLICANDI IN FORO CONSCIENTIÆ

DISPENSATIONES ſuper occultis Matrimonii Impedimentis.

CONFESSARIUS ad quem directum fuerit aliquod Breve *Diſpenſationis in ſacra Pœnitentiaria Romana obtentum, vel qui à Nobis aut Vicario noſtro Generali ſpecialem impetraverit facultatem diſpenſandi in arcano Tribunali ſuper Impedimento occulto, ſive* ad contrahendum Matrimonium, *ſive* ad remanendum in contracto, *accuratè ſervet quæcumque in* Brevi, *vel in ſpeciali noſtro Mandato præſcripta occurrent; tum ſequentes pronuntiet Formulas ſtatim poſt Abſolutionem Sacramentalem, & ante hæc verba*, Páſſio Dómini, &c. *Si quis autem in Caſibus infrà non expreſſis verſetur, Sacerdos iiſdem utetur Formulis, ea quæ mutanda ſunt, pro Caſuum varietate, congruenter immutans.*

AD

Ad dispensandum

Super Impedimento occulto Affinitatis ex copula illicita *provenientis.*

I°. Ad contrahendum.

Insuper, auctoritate Apostolicâ mihi specialiter delegatâ, (*vel* auctoritate mihi ab Illustrissimo DD. Parisiensi Archiepiscopo traditâ,) dispenso tecum super Impedimento primi (*vel* secundi) Affinitatis gradûs, ex copula à te illicitè habita cum matre (*vel* sorore, *vel* amita (1), *vel* matertera (2) (*vel* consanguinea in secundo gradu) mulieris cum qua contrahere intendis, proveniente; ut, præfato Impedimento non obstante, Matrimonium cum dicta muliere publicè, servatâ formâ Concilii Tridentini, contrahere, consummare, & in eo remanere licitè possis & valeas. In nomine Patris, & ✠ Filii, & Spiritûs sancti. Amen.

(1) Tante paternelle.
(2) Tante maternelle.

Pariter, eadem auctoritate, prolem, quam ex Matrimonio susceperis, legitimam fore decerno & declaro. In nomine Patris, &c.

Passio Domini, &c.

¶ *Si cum muliere dispensetur, tunc in Formula supradicta mutabitur genus, ubicumque necesse fuerit; & sic in Formulis sequentibus.*

II°. Ad remanendum in contracto.

Insuper, auctoritate, *&c. ut suprà*, tecum dispenso super Impedimento primi (*vel* secundi) Affinitatis gradûs, ex copula illicita quam cum matre (*vel* sorore, *vel* amita, *vel* matertera, *vel* consanguinea in secundo gradu,) putatæ conjugis anteà habuisti, proveniente; ut, illo non obstante, renovato consensu cum præfata conjuge, Matrimonium cum illa contrahere, consummare, & in eo remanere licitè possis & valeas. In nomine Patris, &c.

Digitized by Google

Pariter, eadem auctoritate, prolem, si quam susceperis aut susceperis, legitimam fore decerno & declaro. In nomine Patris, &c.

Passio Domini, &c.

AD DISPENSANDUM

Super Impedimento criminis.

I°. Ad contrahendum.

INSUPER, auctoritate, *&c. ut suprà*, tecum dispenso super Impedimento criminis, ex adulterio & fide data, (*vel*, &c.) proveniente; ut, illo non obstante, cum muliere complici Matrimonium publicè, servatâ formâ Concilii Tridentini, contrahere, & consummare, debitumque conjugale exigere & reddere licitè possis & valeas. In nomine Patris, &c.

Pariter, eadem auctoritate, prolem susceptam, non tamen in adulterio conceptam, & suscipiendam, legitimam fore decerno & declaro. In nomine Patris, &c.

Passio Domini, &c.

II°. Ad remanendum in contracto.

INSUPER, auctoritate, *&c. ut suprà*, tecum dispenso super Impedimento criminis, ex adulterio & fide data, proveniente; ut, illo non obstante, renovato consensu cum tua putata conjuge, Matrimonium cum illa contrahere, consummare, ac debitum conjugale exigere & reddere licitè possis & valeas. In nomine Patris, &c.

Pariter, eadem auctoritate, prolem, si quam susceperis, non tamen ex adulterio conceptam, & quam susceperus es, legitimam esse ac fore decerno & declaro. In nomine Patris, &c.

Passio Domini, &c.

Digitized by Google

AD DISPENSANDUM

Super Voto caſtitatis, aut ingreſſûs in Religionem.

I°. Ad contrahendum.

INSUPER, auctoritate, *&c. ut ſuprà*, emiſſum à te Votum caſtitatis (*vel* Religionis), tibi, in opera quæ præſcripſi, diſpenſando commuto, ad effectum ut Matrimonium legitimè contrahere, & debitum conjugale reddere & exigere licitè poſſis & valeas. In nomine Patris, &c.

Paſſio Domini, &c.

II°. Ad remanendum in contracto.

INSUPER, auctoritate, *&c. ut ſuprà*, te, non obſtante caſtitatis) *vel* Religionis) Voto quod emiſiſti & tranſgreſſus fuiſti, in contracto Matrimonio remanere, & debitum conjugale reddere poſſe & debere declaro: atque ut idem debitum etiam exigere licitè poſſis & valeas, tecum eadem auctoritate diſpenſo. In nomine Patris, &c.

Paſſio Domini, &c.

AD DISPENSANDUM

Super Affinitate contracta, Matrimonio conſtante, ex copula carnali habita cum perſona conſanguinea alterius conjugis in primo vel ſecundo gradu.

INSUPER, auctoritate mihi ab Illuſtriſſimo DD. Pariſienſi Archiepiſcopo traditâ, tecum diſpenſo, ut, non obſtante affinitate quæ tibi cum tua uxore intercedit ex illicita copula à te habita cum ejus matre, (*vel* ſorore, *vel* amita, *vel* matertera, vel conſanguinea in ſecundo gradu,) debitum conjugale à tua uxore etiam exigere licitè poſſis & valeas. In nomine Patris, &c.

Pariter eadem auctoritate declaro, te, non obſtante præfatâ affinitate, in Matrimonio cum tua uxore remanere, illique debitum conjugale reddere poſſe & debere, & idem debitum etiam ab ea exigere licitè poſſe. In nomine Patris, &c.

Paſſio Domini, &c.

Digitized by Google

ORDO

ABSOLUTIONIS publicæ ab Hæreſi.

EX antiquo hujus Diœceſis Inſtituto, ſub pœna Excommunicationis vetitum eſt, ne quis, ſive Secularis, ſive Regularis Sacerdos, etiam Ordinarii Juriſdictione immunis, publicè & extra Pœnitentiæ Sacramentum ab Hæreſi quemquam abſolvat. Erroris autem publica ejuratio præire ſemper debet Abſolutioni ſacramentali, niſi, gravibus de cauſis, omittendam cenſuerimus ejurationem publicam, cive præmittendam Abſolutionem ſacramentalem.

Quotiès verò aliquis Hæreſim ejurare, & Catholicam Fidem profiteri voluerit, ad Pœnitentiarium noſtrum, vel alium à Nobis delegatum accedat, à quo, poſt editam Fidei Profeſſionem, abſolvatur.

Cùm igitur, impetratâ licentiâ, Hæreticus abſolvendus erit in foro externo, hæc obſervari oportebit.

Sacerdos induus veſte talari, Superpelliceo, & Stolâ violacei coloris, ad præcipuum Chori introïtum procedat, ubi genuflectat qui abſolvendus eſt; adſint autem plurimi teſtes. Tum, omnibus in genua provolutis, Sacerdos imponat Hymnum ſequentem, quem alternis proſequentur aſtantes.



Digitized by Google

QUI Paraclétus díceris,
Donum Dei altíſſimi,
Fons vivus, ignis, cháritas,
Et ſpiritális únctio.

TU ſeptiformis múnere,
Dextræ Dei tu dígitus,
Tu ritè promiſſum Patris,
Sermóne ditans gúttura.

ACCENDE lumen ſénſibus,
Infunde amórem córdibus,
Infirma noſtri córporis
Virtúte firmans pérpeti.

HOSTEM repellas lóngiùs,
Pacemque dones prótinùs;
Ductóre ſic te prævio,
Vitémus omne nóxium.

PER te ſciámus da Patrem,
Noſcámus atque Fílium,
Te utriuſque Spíritum
Credámus omni témpore.

SIT laus Patri, laus Filio:
Par ſit tibi laus Spíritus,
Afflante quo mentes ſacris
Lucent & ardent ígnibus.
Amen.

Hymno decantato, ſurget Sacerdos, & cantabit, deprimendo à Fa *in* Re:

℣. Emittes Spíritum tuum, & creabuntur;
℟. Et renovábis fáciem terræ.

Digitized by Google

OREMUS.

DEUS, qui corda Fidélium ſancti Spíritûs illuſtratióne docuiſti; da nobis in códem Spíritu recta ſápere, & de ejus ſemper conſolatióne gaudére; Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Poſteà Sacerdos ſedens, Proſelytum breviter hortabitur ut in Fide Catholica conſtanter perſeveret, filialemque obedientiam Eccleſiæ matri ſemper exhibeat. His autem vel ſimilibus verbis uti poterit:

Operto capite. QUE ce jour, MON CHER FRERE (*ou* MA CHERE SŒUR), où vous avez le bonheur d'ouvrir les yeux à la vérité, & d'entrer dans le ſein de l'Egliſe Catholique, ſoit à jamais préſent à votre eſprit. Juſqu'ici, privé (*ou* privée) des lumières de la Foi, ſans laquelle il eſt impoſſible de plaire à Dieu, vous marchiez dans les ténèbres, *& vous étiez aſſis* (ou *aſſiſe*) *dans l'ombre de la mort;* livré (*ou* livrée) à l'eſprit d'erreur & de ſchiſme, vous étiez ſéparé (*ou* ſéparée) de J. C., puiſque vous étiez ſéparé (*ou* ſéparée) de ſon Epouſe, qui eſt l'Egliſe: vous n'aviez aucune part à ſes ſuffrages; exclus (*ou* exclue) de la participation aux Sacremens, vous étiez dépourvu (*ou* dépourvue) des graces abondantes que les vrais Fideles puiſent dans ces ſources d'eau vive, & qui ſont ſi néceſſaires pour ſoutenir notre foibleſſe: mais le Seigneur, par un effet de ſa miſéricorde, a deſſillé vos yeux & touché votre cœur. Il vous a fait connoître la véritable Egliſe, & vous a ouvert l'entrée de cette Arche ſainte, hors laquelle il n'y a point de ſalut. Cette mère tendre, animée de la charité de ſon divin Epoux, s'eſt empreſſée de ſeconder les mouvemens intérieurs de la grace qui vouloit vous arracher à l'erreur & au menſonge. Avec quel zèle elle vous a inſtruit (*ou* inſtruite)! Avec quelle douceur, avec quelle bonté elle s'eſt proportionnée à votre foibleſſe! Avec quelle patience elle a levé tous vos doutes, éclairci toutes vos difficultés! Si elle a paru vous traiter avec ſévérité,

Digitized by Google

en vous privant des graces qu'elle renferme dans ſes tréſors; cette rigueur même qu'elle étoit obligée d'employer pour préſerver ſes fideles Enfans de la contagion de l'erreur, la pénétroit d'une vive douleur; elle gémiſſoit ſur votre aveuglement, elle adreſſoit à Dieu les vœux les plus ardens pour votre converſion. Enfin elle a triomphé de tous les obſtacles; vous avez écouté ſa voix; vous avez répondu à ſa tendreſſe; vous vous êtes jetté (*ou* jettée) avec confiance dans ſon ſein.

Approchez donc, M. C. F. (*ou* M. C. S.), approchez avec confiance: venez faire à la face des ſaints Autels une profeſſion publique des vérités ſaintes que vous avez méconnues juſqu'ici; reconnoiſſez l'Egliſe Catholique, Apoſtolique & Romaine pour votre mère: elle vous regardera déſormais comme un de ſes enfans les plus chéris. Jurez-lui un attachement inviolable de cœur & d'eſprit, une ſoumiſſion entière & conſtante à toutes ſes déciſions, puiſqu'elle eſt la colomne de la vérité, & que Jeſus-Chriſt doit être avec elle juſqu'à la conſommation des ſiècles: & au ſortir de ce temple, allez dire à vos frères dont vous avez reconnu les erreurs, que cette Egliſe, infiniment éloignée de la dureté qu'ils lui attribuent, eſt une mere pleine d'indulgence & de bonté; que ſa doctrine, dont ils voudroient obſcurcir l'éclat, eſt la doctrine que les Apôtres nous ont tranſmiſe, & qu'ils ont appriſe de la bouche de Dieu même. Dites-leur que nous ſommes unis en J. C. par les liens indiſſolubles de la charité, que nous les aimons eux-mêmes comme nos freres, que chaque jour nous adreſſons des vœux ardens au Ciel pour en faire deſcendre ſur eux la grace ineſtimable dont vous jouiſſez maintenant. Mais ſoutenez au milieu d'eux votre Foi par la pureté de vos mœurs & par la ſainteté de votre vie. Puiſſent-ils, touchés de votre bonheur, frappés du ſpectacle de vos vertus, imiter votre exemple! Puiſſe-t-il n'y avoir plus qu'un même troupeau & un même paſteur!

Deindè Proſelytus (vel *Proſelyta*) *ad pedes Sacerdotis operto capite ſedentis in genua provolutus* (vel *provoluta*), *Fidei profeſſionem juxtà ſequentem Formulam emittet.*

FORMULE

De Profeſſion de la Foi Catholique, Apoſtolique & Romaine, dreſſée ſur les Déciſions du Concile de Trente, par le Pape Pie IV.

JE *N.* crois d'une ferme foi, & profeſſe, tant en général qu'en particulier, tous les articles contenus au Symbole de la Foi, dont ſe ſert la Sainte Egliſe Romaine, ſavoir :

Je crois en un ſeul Dieu, le Pere tout-puiſſant, qui a fait le ciel & la terre, & toutes choſes viſibles & inviſibles : Et en un ſeul Seigneur Jeſus-Chriſt, Fils unique de Dieu ; qui eſt né du Pere avant tous les ſiècles ; Dieu de Dieu ; lumière de lumière, vrai Dieu de vrai Dieu ; qui n'a pas été fait, mais engendré ; conſubſtantiel au Pere ; par lequel toutes choſes ont été faites ; qui eſt deſcendu des cieux pour nous hommes, & pour notre ſalut ; qui s'eſt incarné, en prenant chair de la Vierge Marie, par l'opération du Saint-Eſprit, ET S'EST FAIT HOMME ; qui a été auſſi crucifié pour nous ſous Ponce Pilate ; qui a ſouffert, & qui a été mis dans le ſepulcre ; qui eſt reſſuſcité le troiſième jour ſelon les Ecritures ; qui eſt monté au ciel ; qui eſt aſſis à la droite du Pere ; qui viendra de nouveau, plein de gloire, juger les vivans & les morts, & dont le règne n'aura point de fin : Je crois au Saint-Eſprit, qui eſt auſſi Seigneur, & qui donne la vie ; qui procède du Pere & du Fils, & qui eſt adoré & glorifié conjointement avec le Pere & le

FORMULA

Professionis Fidei Catholicæ, Apoſtolicæ & Romanæ, ad normam Definitionum Concilii Tridentini à Pio IV ſummo Pontifice condita.

EGO N. firmâ fide credo & profiteor omnia & ſingula quæ continentur in Symbolo Fidei quo Sanctæ Romanæ Eccleſiæ utitur, videlicet :

Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, viſibilium omnium & inviſibilium : Et in unum Dominum Jeſum Chriſtum, Filium Dei unigenitum ; & ex Patre natum ante omnia ſecula ; Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero ; genitum, non factum ; conſubſtantialem Patri ; per quem omnia facta ſunt ; qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis ; & incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria Virgine, ET HOMO FACTUS EST ; *crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus & ſepultus eſt ; & reſurrexit tertiâ die ſecundùm Scripturas ; & aſcendit in cœlum ; ſedet ad dexteram Patris ; & iterùm venturus eſt cum gloria judicare vivos & mortuos ; cujus regni non erit finis : Et in Spiritum Sanctum Dominum & vivificantem ; qui ex Patre Filioque procedit, qui cum Patre & Filio ſimul adoratur & conglorificatur ; qui locutus eſt per Prophetas : Et Unam, Sanctam, Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor unum Baptiſma in remiſſionem peccatorum : & expecto reſurrectionem*

Digitized by Google

rectionem mortuorum, & vitam venturi ſeculi. Amen.

Apoſtolicas & Eccleſiaſticas traditiones, reliquaſque ejuſdem Eccleſiæ obſervationes & conſtitutiones firmiſſimè admitto & amplector.

Item ſacram Scripturam, juxta eum ſenſum quem tenuit & tenet Sancta Mater Eccleſia, cujus eſt judicare de vero ſenſu & interpretatione ſacrarum Scripturarum, admitto; nec eam unquam, niſi juxta unanimem conſenſum Patrum, accipiam & interpretabor.

Profiteor quoque ſeptem eſſe verè & propriè Sacramenta novæ Legis, à Jeſu Chriſto Domino noſtro inſtituta, atque ad ſalutem humani generis, licèt non omnia ſingulis, neceſſaria; ſcilicet, Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiam, Extremam-Unctionem, Ordinem, & Matrimonium; illaque gratiam conferre; & ex his Baptiſmum, Confirmationem & Ordinem ſine ſacrilegio iterari non poſſe.

Receptos quoque & approbatos Eccleſiæ Catholicæ ritus, in ſupradictorum omnium Sacramentorum ſolemni adminiſtratione, recipio & admitto.

Omnia & ſingula quæ de peccato originali & de juſtificatione in ſa-

Fils; qui a parlé par les Prophetes: Je crois l'Egliſe, qui eſt Une, Sainte, Catholique & Apoſtolique. Je reconnois qu'il y a un Baptême pour la rémiſſion des péchés: & j'attens la réſurrection des morts, & la vie du ſiècle à venir. Ainſi ſoit-il.

Je reçois & embraſſe très-fermement les traditions Apoſtoliques & Eccléſiaſtiques, & toutes les autres obſervances & conſtitutions de la même Egliſe.

Je reçois auſſi la ſainte Ecriture ſelon le ſens qu'a tenu & que tient l'Egliſe notre ſainte Mere, à laquelle il appartient de juger du vrai ſens & de l'interprétation des Ecritures ſaintes; & je ne la prendrai ni interpreterai jamais que ſelon le conſentement unanime des Peres.

Je reconnois encore qu'il y a ſept Sacremens de la Loi nouvelle, vraiment & proprement ainſi appellés; inſtitués par notre Seigneur Jeſus-Chriſt; ſçavoir, le Baptême, la Confirmation, l'Euchariſtie, la Pénitence, l'Extrême-Onction, l'Ordre & le Mariage; leſquels ſont néceſſaires au ſalut du genre humain, quoiqu'ils ne ſoient pas tous néceſſaires pour chaque homme en particulier; je fais profeſſion de croire qu'ils conferent la grace; & qu'entre ces Sacremens, le Baptême, la Confirmation & l'Ordre ne ſe peuvent réïtérer ſans ſacrilége.

Je reçois auſſi & admets les cérémonies de l'Egliſe Catholique, reçues & approuvées, dans l'adminiſtration ſolemnelle de tous les ſuſdits Sacremens.

J'embraſſe & reçois, tant en général qu'en particulier, tout ce qui a

été défini & déclaré par le saint Concile de Trente, touchant le péché originel & la justification.

Je reconnois aussi que dans la Messe on offre à Dieu un vrai Sacrifice, proprement ainsi appellé, & propitiatoire pour les vivans & pour les morts: & que le Corps & le Sang avec l'Ame & la Divinité de notre Seigneur Jesus-Christ sont vraiment, réellement & substantiellement au très-saint Sacrement de l'Eucharistie; & qu'il s'y fait un changement de toute la substance du pain au Corps, & de toute la substance du vin au Sang: lequel changement l'Eglise Catholique appelle Transubstantiation.

Je reconnois aussi que sous une seule des deux espèces on reçoit Jesus-Christ tout entier; & qu'en le recevant ainsi, on reçoit un vrai Sacrement.

Je tiens fermement qu'il y a un Purgatoire, & que les ames qui y sont détenues, sont soulagées par les suffrages des Fideles.

Je tiens aussi que les Saints qui règnent avec Jesus-Christ, sont à honorer & à invoquer; qu'ils offrent à Dieu leurs prieres pour nous; & que leurs Reliques sont à honorer.

Je tiens aussi fermement que les images de Jésus-Christ, & de la Mere de Dieu toujours Vierge, & des autres Saints, sont à avoir & à retenir, & qu'il faut leur rendre l'honneur & la révérence qui leur est due.

Je reconnois que Jesus-Christ a laissé dans son Eglise le pouvoir de donner des Indulgences, & que l'usage en est très-salutaire au peuple Chrétien.

Je reconnois l'Eglise Romaine,

crosanctâ Tridentinâ Synodo definita & declarata fuerunt, amplector & recipio.

Profiteor pariter in Missa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium Sacrificium pro vivis & defunctis: atque in sanctissimo Eucharistiæ Sacramento esse verè, realiter, & substantialiter Corpus & Sanguinem, unà cum Anima & Divinitate Domini nostri Jesu Christi; fierique conversionem totius substantiæ panis in Corpus, & totius substantiæ vini in Sanguinem; quam conversionem Catholica Ecclesia Transsubstantiationem appellat.

Fateor etiam sub altera tantùm specie totum atque integrum Christum verumque Sacramentum sumi.

Constanter teneo Purgatorium esse, animasque ibi detentas Fidelium suffragiis juvari.

Similiter & Sanctos unà cum Christo regnantes, venerandos atque invocandos esse; eosque orationes Deo pro nobis offerre; atque eorum Reliquias esse venerandas.

Firmiter assero imagines Christi ac Deiparæ semper Virginis, necnon aliorum Sanctorum, habendas & retinendas esse, atque eis debitum honorem & venerationem impertiendam.

Indulgentiarum etiam potestatem à Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque usum Christiano populo maximè salutarem esse affirmo.

Sanctam, Catholicam & Apostolicam

licam Eccleſiam Romanam omnium Eccleſiarum matrem & magiſtram agnoſco; Romanoque Pontifici, beati Petri Apoſtolorum Principis ſucceſſori, ac Jeſu Chriſti Vicario, veram obedientiam ſpondeo ac juro.

Cætera item omnia à ſacris Canonibus & Œcumenicis Conciliis, ac præcipuè à ſacroſanctâ Tridentinâ Synodo tradita, definita & declarata, indubitanter recipio, atque profiteor: ſimulque contraria omnia, atque hæreſes quaſcumque ab Eccleſia damnatas, rejectas & anathematizatas, ego pariter damno, rejicio & anathematizo.

qui eſt Sainte, Catholique & Apoſtolique, comme la mere & la maîtreſſe de toutes les Egliſes; & je promets & jure une vraie obéiſſance au Pontife Romain, ſucceſſeur de ſaint Pierre, Prince des Apôtres, & Vicaire de Jeſus-Chriſt.

Je reçois auſſi ſans aucun doute, & profeſſe toutes les autres choſes qui nous ont été données, définies & déclarées par les ſacrés Canons & par les Conciles Ecuméniques, & principalement par le ſaint Concile de Trente: & en même-tems je condamne, rejette & anathématiſe tout ce qui leur eſt contraire, & toutes les héréſies que l'Egliſe a condamnées, rejettées & anathématiſées.

Qui Fidei profeſſionem emittit, manum dexteram ponit ſuper ſancta Evangelia, dicens:

Ego N. *hanc veram Catholicam Fidem, extra quam nemo ſalvus eſſe poteſt, quam in præſenti ſponte profiteor & veraciter teneo, eamdem integram & immaculatam uſque ad extremum vitæ ſpiritum conſtantiſſimè, Deo adjuvante, retinere & confiteri, atque à meis ſubditis, ſeu illis quorum cura ad me in meo munere ſpectabit, teneri, doceri & prædicari, quantùm in me erit, curaturum, ego idem* N. *ſpondeo, voveo, ac juro ſuper hæc ſancta Dei Evangelia.*

Je *N.* promets, voue & jure ſur ces ſaints Evangiles de Dieu, de garder & profeſſer très-conſtamment juſqu'au dernier ſoupir de ma vie, avec l'aide de Dieu, cette Foi Catholique, pure & entière, hors laquelle perſonne ne peut être ſauvé, & dont préſentement je fais profeſſion ſans aucune contrainte; &, autant qu'il dépendra de moi, je la ferai garder, enſeigner & prêcher par ceux ſur qui j'aurai autorité, & dont le ſoin m'aura été commis.

Tum, Sacerdote ſedente, Proſelytus, ante Altare flexis genibus, recitat totum Pſalmum 50. Miſerére meî, Deus, &c. *cujus in fine dicitur:*

Glória Patri, &c.

Aperto capite. *Surgit Sacerdos, & dicit:*

Kyrie, eléiſon. ℟. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.

Pater noſter, &c. *ſecretò.*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem;

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Salvum fac ſervum tuum, (*vel* ancillam tuam,)

℟. Deus meus, ſperantem in te.

℣. Nihil proficiat inimícus in eo; (*vel* in ea;)

℟. Et fílius iniquitátis non appónat nocére ei.

℣. Eſto ei, Dómine, turris fortitúdinis,

℟. A fácie inimíci.

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam;

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobiſcum;

℟. Et cum ſpíritu tuo,

OREMUS.

DEUS, cui próprium eſt miſeréri ſemper & párcere, ſúſcipe deprecatiónem noſtram, & hunc fámulum tuum, quem (*vel* hanc fámulam tuam, quam) Excommunicatiónis caténa conſtringit, miſerátio tuæ pietátis clementer abſolvat. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Tum ſedet, operto capite, & injungit pœnitentiam. Poſteà dicit:

Miſereátur tuî omnípotens Deus, & dimiſſis ómnibus peccátis tuis, perdúcat te ad vitam æternam.

℟. Amen.

Indulgéntiam, abſolutiónem ✠, & remiſſiónem ómnium peccatórum tuórum tríbuat tibi omnípotens & miſéricors Dóminus. ℟. Amen.

Digitized by Google

Subjungit, dexterâ ſuper Pœnitentem extensâ:

Dóminus noſter Jeſus Chriſtus, qui eſt ſuprémus Póntifex, ipſe te per ſuam piiſſimam miſericórdiam abſolvat; & ego auctoritáte ipsíus, & illuſtríſſimi Archiepíſcopi Pariſienſis, mihi, quamvis indigno, conceſsâ, abſólvo te ab Excommunicatióne quam incurríſti propter hæreſim: teque in Eccléſiæ Communiónem Sacramentórumque participatiónem reſtítuo. In nómine Patris, & ✠ Fílii, & Spíritûs ſancti. Amen.

Deindè Sacerdos leget Evangelium ſequens.

Inítium ſancti ✠ Evangélii ſecundùm Joannem.

℟. Glória tibi, Dómine.

In princípio, &c. *ut ſuprà, pag.* 20.

Poſtremò in gratiarum actionem cantabitur Hymnus Te Deum, *quem intonabit Sacerdos, & Chorus alternis proſequetur.*

Tum Abjurationis Acta deſcribentur, juxta Formulam ſuo loco exhibendam. Quæ quidem Acta continuò ad Archiepiſcopatûs Tabularium transmittentur, nullumque exſcribetur exemplar quod cuiquam tradatur.

Digitized by Google

ORDO
MINISTRANDI SACRAMENTUM
EXTREMÆ-UNCTIONIS.

¶ Cùm duo extrema Sacramenta ſæpiùs actione continuâ miniſtrentur, & tunc præeat Extrema-Unctio, tanquam Pœnitentiæ complementum; ob majorem adminiſtrationis facilitatem, hunc ordinem hìc ſequendum eſſe duximus.

Quòd ſi morbi ſtatus urgeat, nec ſatis remanſurum eſſe temporis videatur ut conferri poſſit utrumque Sacramentum, Infirmuſque mentis compos ſit, nullumque vomitûs aut cujuſvis irreverentiæ periculum appareat; priùs miniſtrandum eſt Corporis Chriſti Viaticum, ut potè moribundo magis neceſſarium.]

SACERDOS Extremam-Unctionem adminiſtraturus, apud Infirmum parari curet menſam mappâ candidâ coopertam; Vaſculum Aquæ-benedictæ, cum Aſpergillo; patellam, aut aliud vas idoneum, in quo ſit Bombacium, ſtupa ſubtilis, aut aliquid ſimile, in ſeptem flocculos diſtinctum, ad abſtergendas Unctiones; aquam ad abluendas Sacerdotis manus, & mantile ad eas abſtergendas; ac denique Cereum, qui deindè accenſus ipſi ungenti præluceat.

His ita diſpoſitis, Eccleſiam ingredietur Sacramenti Miniſter; ablutiſque manibus, Superpelliceo induetur, & Stolâ violacei coloris. Tum flexis genibus ad infimum Altaris gradum, poſtulabit à Chriſto Domino gratiam dignè fructuoſèque munus ſuum obeundi, & plurimo charitatis affectu Infirmum Deo totius conſolationis commendabit. Deindè Vas Olei Extremæ-Unctionis, violacei coloris ſacculo incluſum, revertenter accipiet;

Digitized by Google

Biretoque operius vel hiemali capitis & humerorum tegumento, ad Infirmi domum procedet, præeuntibus aliquot Clericis, aut uno saltem ministro, qui parvam Crucem & hoc Pastoralis Volumen deferat. Incedet autem sine ullo Campanulæ sonitu (si sacra Eucharistia non simul cum Extremæ-Unctionis Oleo deferatur); & quantùm fieri poterit, Psalmos Pœnitentiales recitabit, donec pervenerit ad Infirmi cubiculum. Si sæviat magna cœli intemperies, aut longius iter sit peragendum, nec possit Sacerdos quin equum conscendat; vel si aliàs adsit effusionis periculum; Vas Olei sacri, sacculo, ut diximus, inclusum, collo decenter appendet, firmiterque pectori annectet, aliove commodiore ac tutiore modo gestabit.

Infirmi cubiculum ingressus, dicet:

℣. Pax huic dómui,

℟. Et ómnibus habitántibus in ea.

Deindè, super mensam paratam deposito Extremæ-Unctionis Oleo, Aspergillum Aquâ-benedictâ intinctum accipiet, eâque Infirmum & circumstantes asperget, dicens:

Ant. Asperges me, Dómine, hyssópo, & mundábor: lavábis me, & super nivem dealbábor.

Continuò, stans versâ facie ad Infirmum, subjunget:

℣. Ostende nobis, Dómine, misericórdiam tuam;

℟. Et salutáre tuum da nobis.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam;

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum;

℟. Et cum spíritu tuo.

Oremus.

Introeat, Dómine Jesu Christe, in hanc domum, sub nostræ humilitátis ingressu, pax & misericórdia tua: hunc Infirmum (*vel* hanc Infirmam) vísita, quæ-

ſumus, in ſalutári tuo, ſicut viſitaſti ſocrum Simónis; opem fer illi ſuper lectum dolóris ejus; & concéde ut per noſtrum miniſtérium cœléſtibus conſolatiónibus reficiátur, ac deſiderátam intériùs exteriùſque percípiat grátiæ tuæ medélam. Qui vivis & regnas Deus.

℟. Amen.

Tum accedens ad Infirmum, ejus Confeſſionem audiet, ſi non priùs fuerit confeſſus.

Poſteà dicet:

℣. Dóminus vobiſcum;

℟. Et cum ſpíritu tuo.

OREMUS.

DOMINE Jeſu Chriſte, qui per Apóſtolum tuum dixiſti: Infirmátur quis in vobis? indúcat Presbyteros Eccléſiæ, & orent ſuper eum, ungentes eum óleo in nómine Dómini; & orátio fídei ſalvábit infirmum, & alleviábit eum Dóminus, & ſi in peccátis ſit, remittentur ei: ſalva, quæſumus, hunc Infirmum (*vel* hanc Infirmam) tuæ Sacramento pietátis; eum (*vel* eam) in mente ſimul & in córpore ſúbleva, ómniaque ejus peccáta dimitte; & præſta ut, internâ grátiæ tuæ unctióne roborátus (*vel* roboráta), inſidianti adverſário reſiſtere, tibíque firmiter adhærére váleat, minùſque de ſuo ſit perículo ſollícitus (*vel* ſollícita), quàm tuæ fidúciâ miſericórdiæ ac cœleſtis beatitúdinis expectatióne ſecúrus (*vel* ſecúra). Qui vivis & regnas Deus, per ómnia ſécula ſeculórum.

℟. Amen.

Continuò

Continuò Sacerdos, flexis genibus ad menſam, ſequentes Litanias recitat; quibus reſpondent Miniſtri, cæterique Fideles præſentes, ſimiliter in genua provoluti.

℣ *In his Litaniis, Parochiæ Patronus vel Patrona in ſuo ordine invocatur.*

KYRIE, eléiſon :
℟. Chriſte, eléiſon ; Kyrie, eléiſon.
Chriſte, audi nos ; ℟. Chriſte, exáudi nos.

Páter de cœlis, Deus,	Miſerére ei.
Fili Redemptor mundi, Deus,	miſerére ei.
Spíritus ſancte, Deus,	miſerére ei.
Sancta Trínitas, unus Deus,	miſerére ei.
Sancta Virgo María, Dei Génitrix, (*vel* ea).	Ora pro eo
Sancte Míchaël, & omnes beáti Spíritus,	oráte.
Sancte Joannes Baptiſta,	ora.
Sancte Joſeph,	ora.
Sancte Petre,	ora.
Sancte Paule,	ora.
Sancte Stéphane,	ora.
Sancte Dionyſi cum Sóciis tuis,	ora.
Sancte Grégori,	ora.
Sancte Marcelle,	ora.
Sancte Clodoalde,	ora.
Sancte Benedicte,	ora.
Sancte Ludovíce,	ora.
Sancta Anna,	ora.
Sancta María Magdaléne,	ora.
Sancta Thecla,	ora.
Sancta Genovéfa,	ora.

Sancta Mónica, ora.
Omnes Sancti & Sanctæ Dei, Intercédite pro eo (*vel* ea).
Propítius esto, Parce ei, Dómine.
Propítius esto, Adjuva eum (*vel* eam), Dómine.
Ab insídiis diáboli, Líbera eum (*vel* eam), Dómine.
A diffidéntia tuæ misericórdiæ, Líbera.
A spíritu supérbiæ, Líbera.
Ab ira, & ódio, & omni mala voluntáte, Líbera.
Ab omni mentis perturbatióne, & nímio mortis terróre, Líbera.
A mala morte, Líbera.
A damnatióne perpétua, Líbera.
Per Nativitátem tuam, Líbera.
Per Crucem & Passiónem tuam, Líbera.
Per Mortem & Sepultúram tuam, Líbera.
Per gloriósam Resurrectiónem tuam, Líbera.
Per admirábilem Ascensiónem tuam, Líbera.
Per grátiam Spíritûs sancti Paracléti, Líbera.
In die Judícii, Líbera.
Peccatóres, Te rogámus, audi nos.
Ut veræ pœniténtiæ spíritum & plenam ómnium delictórum remissiónem ei concédas, Te rogámus.
Ut fidei, spei & charitátis incrementum ei dones, Te rogámus.
Ut ei patiéntiam & perfectum sanctíssimæ voluntáti tuæ obséquium infúndere dignéris, Te rogámus,
Ut eum (*vel* eam) spe melióris vitæ glorioſæque resurrectiónis attóllere & confortáre dignéris, Te rogámus.

Digitized by Google

Ut mentem ejus à terrénis affféctibus ad cœléſtia deſidéria érigas, Te rogámus.
Ut perſeveránti̇æ donum ei concédas, Te rogámus.
Ut príncipes tenebrárum ab eo (*vel* ab ea) repellas, Te rogámus.
Fili Dei, Te rogámus.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Parce ei, Dómine.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Exáudi eum (*vel* eam), Dómine.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Dona ei pacem.
Chriſte, audi nos. ℟. Chriſte, exáudi nos.
Kyrie, eléiſon. ℟. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.
Pater noſter. *ſecretò.*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem;
℟. Sed líbera nos à malo.
℣. Salvum fac ſervum tuum (*vel* Salvam fac ancillam tuam,)
℟. Deus meus, ſperantem in te.
℣. Mitte ei, Dómine, auxílium de ſancto;
℟. Et de Sion tuére eum (*vel* eam.)
℣. Nihil proficiat inimícus in eo (*vel* ea;)
℟. Et fílius iniquitátis non appónat nocére ei.
℣. Eſto ei, Dómine, turris fortitúdinis,
℟. A fácie inimíci.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam;
℟. Et clamor meus ad te véniat.

Tunc ſurgens Sacerdos accedit ad Infirmum, & dicit:

℣. Dóminus vobiſcum;
℟. Et cum ſpíritu tuo.

Digitized by Google

OREMUS.

DOMINE Deus omnípotens, qui pércutis & sanas, dedúcis ad portas mortis, & redúcis; qui super dies Ezechíæ Regis usque ad mortem ægrotantis quíndecim annos adjeciſti; fámulum tuum (*vel* fámulam tuam) à lecto infirmitátis erígere, & Eccléſiæ tuæ sanctæ incólumem reſtitúere dignéris; ut, cunctis sibi prorogátis diébus, in juſtítia tibi férviat, ac débitas miſericórdiæ tuæ réferat gratiárum actiónes. Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

℟. Amen.

Ad Infirmum extensâ dexterâ, ſubjungit:

DOMINUS noſter Jeſus Chriſtus, qui dixit Apóſtolis ſuis: Quæcumque ligavéritis ſuper terram, erunt ligáta & in cœlis, & quæcumque ſolvéritis ſuper terram, erunt ſolúta & in cœlis: cujus poteſtátis me, quamvis indignum, partícipem tamen eſſe vóluit; ipſe te per miniſtérium meum abſolvat ab ómnibus peccátis tuis, quæcumque cogitatióne, locutióne, operatióne commiſiſti; atque à peccatórum vínculis abſolútum (*vel* abſolútam), ad cœleſte regnum perdúcere dignétur: Qui cum Patre & Spíritu ſancto vivit & regnat Deus per ómnia ſécula ſeculórum.

℟. Amen.

Abſolutiónem & remiſſiónem ✠ ómnium peccatórum tuórum tríbuat tibi omnípotens, pius & miſéricors Dóminus.

℟. Amen.

Digitized by Google

Tum Sacerdos Infirmum his aut similibus verbis alloquetur :

LE Sacrement que nous allons vous administrer, Mon cher Frere, (*ou* Ma chere Sœur,) sera pour vous une source abondante de graces & de consolations, si vous le recevez avec les dispositions qu'il exige. *Quelqu'un parmi vous est-il malade ?* dit l'Apôtre S. Jacques; *qu'il appelle les Prêtres de l'Eglise, & qu'ils prient sur lui, en lui faisant l'onction d'huile au nom du Seigneur; & la priere de la foi sauvera le malade, & le Seigneur le soulagera; & s'il a commis des péchés, ils lui seront remis* (1). Oui, M. C. F. (*ou* M. C. S.) l'Onction sainte, jointe à la priere & à la foi, va effacer en vous jusqu'aux restes du péché, vous fortifier contre les assauts du démon, vous donner la patience & le courage dont vous avez besoin au milieu de vos douleurs; elle vous procurera le don précieux de la persévérance dans l'amour de Dieu. Elle peut même vous rendre la santé, si une vie plus longue est utile à votre salut. Recevez donc ce bienfait du Ciel avec autant de ferveur que de confiance; & tandis que nous allons faire les Onctions saintes sur les différentes parties de votre corps, unissez vos prieres aux nôtres : demandez à Dieu avec un cœur contrit, qu'il daigne vous pardonner, par l'application des mérites de son Fils, tous les péchés que vous avez jamais commis, soit par vos sens, soit par les puissances de votre ame. Offrez-lui vos peines & vos souffrances : ah ! quelle consolation pour vous, d'avoir avec le Sauveur une ressemblance, qui doit vous rendre participant (*ou* participante) de sa gloire ?

(1) Jac. c. 14 & 15.

Et vous, Mes Freres, qui environnez ce lit de douleur, unissez aussi vos prieres à celles de l'Eglise, afin d'obtenir à votre frere (*ou* à votre sœur) les graces qui lui sont nécessaires. Profitez en même-tems d'un si touchant spectacle, & vivez désormais comme vous voudriez avoir vécu lorsqu'on vous administrera les derniers secours de la Religion.

[*Hæc aut similis Exhortatio si, urgente Infirmi necessitate, omittatur, saltem, quoad fieri poterit, breviter ipse admoneatur ut sacris Unctionibus comitem adjungat suam fidem & pie-*

Digitized by Google

tatem, utque contriti & humiliati cordis gemitu veniam à Deo roget pro delictis quæ ſingulorum ſenſuum miniſterio atque internis animæ facultatibus in toto vitæ ſuæ decurſu commiſit.]

Poſteà Sacerdos, ablutis manibus, niſi eas jam antè abluerit, acceptoque ſacri Olei Vaſe, ad Infirmum accedit; bacillum ſeu virgulam Oleo ſacro intinctam accipit, Infirmumque ungit in modum Crucis ad ſeptem loca inferiùs deſignata; & ad ſingulas Unctiones verba convenientia piè diſtinctèque pronuntiat. Ubi autem duplicia ſunt ſenſuum organa, duplex ſignum Crucis exprimit, formam ſemel duntaxat pronuntians.

AD OCULOS,

Primò dextrum, deindè ſiniſtrum, compreſſis palpebris.

PER iſtam ſacri Olei Unctiónem ✠ & ſuam piiſſimam miſericórdiam, indúlgeat tibi Deus quidquid peccaſti per viſum. ℟. Amen.

Miniſter verò, ſi ſit in Sacris, vel ipſemet Sacerdos, poſt ſingulas Unctiones, inunctas partes detergit flocculis bombacii vel ſtupæ ſubtilis; ſinguli autem flocculi deponuntur in patella, (aut ſicubi commodius ita fore videbitur) in cucullo papyraceo, quem ſuſtinebit Miniſter.

AD AURES.

Per iſtam ſacri Olei Unctiónem ✠ & ſuam piiſſimam miſericórdiam, indúlgeat tibi Deus quidquid peccaſti per audítum. ℟. Amen.

AD NARES,

In parte inferiore.

Per iſtam ſacri Olei Unctiónem ✠ & ſuam piiſſimam miſericórdiam, indúlgeat tibi Deus quidquid peccaſti per odorátum. ℟. Amen.

Digitized by Google

Ad os,

Compreſſis labiis.

Per iſtam ſacri Olei Unctiónem ✠ & ſuam piiſſimam miſericórdiam, indúlgeat tibi Deus quidquid peccaſti per guſtum & locutiónem. ℟. Amen.

Ad pectus,

Id eſt, in viris, ad partem pectoris ſuperiorem, in fœminis verò ad partem proximè collo ſubjacentem.

Per iſtam ſacri Olei Unctiónem ✠ & ſuam piiſſimam miſericórdiam, indúlgeat tibi Deus quidquid peccaſti per ardórem libídinis.
℟. Amen.

Ad manus,

Exteriùs in Epiſcopis & Presbyteris, interiùs in cæteris.

Per iſtam ſacri Olei Unctiónem ✠ & ſuam piiſſimam miſericórdiam, indúlgeat tibi Deus quidquid peccaſti per tactum. ℟. Amen.

Ad pedes,

In parte ſuperiore.

Per iſtam ſacri Olei Unctiónem ✠ & ſuam piiſſimam miſericórdiam, indúlgeat tibi Deus quidquid peccaſti per inceſſum. ℟. Amen.

[*In Infirmis ab ortu cæcis vel ſurdis nulla fit oculorum auriumve Unctio, nullaque his ſenſibus reſpondens* forma *pronuntiatur.*

In mutis ab ortu fit nihilominùs oris Unctio, propter illicitam guſtûs voluptatem; ſed reticentur hæc verba, & locutionem.

Si quis autem aliquo membro aliàs inungendo ſit mutilus, ſub conſueta forma *ungitur (niſi obſtet infirmitas vel pudor) ea pars corporis quæ deficienti membro contigua eſt.*]

Peractis Unctionibus, Miniſter, ſi ſit in Sacris, aut ipſemet Sacerdos, omnes flocculos ſacro Oleo delibutos in ignem conjiciat; vel, igne deficiente, in Eccleſiam deferat cucullo papyraceo incluſos, ibique eos comburat, & cineres in Sacrarium, *aut Piſcinam quæ* Sacrarii *loco ſit, continuò demittat. Manus autem, ſi ſacrum Oleum tetigerint, medullâ panis & aquâ purificet in vaſe mundo, linteoque ad id parato abſtergat; ac demùm lotionem ſimul cum medulla panis in focum injiciat.*

Deindè Sacerdos ad Infirmum redit; eique aſtans proximus, dicit:

℣. Dóminùs vobiſcum;

℟. Et cum ſpíritu tuo.

OREMUS.

PATER miſericordiárum & Deus totíus conſolatiónis, réſpice, quæſumus, fámulum tuum (*vel* fámulam tuam) infirmitáte ſui córporis laborantem, & ánimam réfove quam creaſti; ut & præſens auxílium, & æterna remédia, te miſerante, conſequátur. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Tum Sacerdos Infirmum in hæc aut ſimilia verba exhortatur:

COMBLÉ (*ou* comblée) des dons du Ciel, MON CHER FRERE (*ou* Ma CHERE SŒUR,) occupez-vous des grandes miſéricordes de votre Dieu, & livrez-vous tout entier (*ou* entiere) aux mouvemens de la plus tendre reconnoiſſance. Pour en donner à JESUS-CHRIST un témoignage digne de ſon amour & de ſes bienfaits, offrez-lui vos douleurs, & faites-lui le généreux ſacrifice de votre perſonne & de votre vie. Contemplez

Contemplez avec foi ce divin Sauveur crucifié pour les péchés du monde. Quoi de plus capable d'affermir votre patience & votre réſignation, que la vue d'un Dieu qui expire dans les opprobres & dans les tourmens? Dites-lui donc du fond de votre cœur : Seigneur, diſpoſez de moi; je remets mon ame entre vos mains. Vous vous êtes immolé ſur la Croix pour mon ſalut : je m'offre à vous ſur ce lit de douleur, & j'unis mon ſacrifice au vôtre. Si je vous demandois de me conſerver la vie, ce ne ſeroit que pour vous en conſacrer tous les inſtans, & pour réparer tous ceux que je n'ai pas employés à vous ſervir. Tout mon deſir eſt d'accomplir votre volonté. Dûſſent mes peines être prolongées, dûſſent mes maux être augmentés, jamais mon cœur ne conſentira au murmure, jamais une plainte volontaire ne ſortira de ma bouche. Pourrois-je, ô mon Dieu, me plaindre de mes ſouffrances? Hélas! je vous vois ſouffrir & mourir ſur une Croix. Ma gloire & ma conſolation ſeront de porter dans ma chair affligée les marques précieuſes de mon Sauveur, & de ſouffrir avec lui dans le tems, pour régner avec lui dans l'éternité.

Deindè Sacerdos Crucem Infirmo oſtendens, dicat :

Voici le ſigne de la Croix, ſur laquelle J. C. notre Seigneur a ſouffert la mort pour nous racheter des peines de l'enfer. Le croyez-vous?

Infirmus reſpondet :

Je le crois.

Int. Uniſſez-vous vos ſouffrances à celles de ce divin Sauveur?

℟. Oui, Monſieur.

Int. Mettez-vous en lui toute votre confiance, avec une entiere ſoumiſſion à ſa volonté?

℟. Oui, Monſieur.

Tum Sacerdos Crucem Infirmo præbet oſculandam, ejuſque ſignum exprimit ſuper eum, dicens:

In nómine Patris, & ✠ Fílii, & Spíritûs Sancti.

℟. Amen.

Crux denique in loco patenti & conſpicuo ponatur ante Infirmum; quam, monente Sacerdote, tanquàm ſalutis inſtrumentum, patientiæque & ſolatii adjumentum contempletur, vividiſſimoque amoris & fiduciæ affectu identidem oſculetur.

Si Infirmo ſint liberi, eum, pro ſua prudentia, moneat Sacerdos ut ipſis benedicat; ſi tamen eorum aliquis in ſacris ſit Ordinibus conſtitutus, ei non benedicet, nec manus imponet, ſed tantùm cœleſtem benedictionem in illum invocabit, ejuſque precibus ſeſe commendabit.

Quòd ſi, præ morbi violentia, vix mentis compos ſit Infirmus, ſatius erit ut Exhortationibus ſubſtituantur breves Aſpirationes, quibus ei ſuggerantur ſenſus Fidei, amoris Dei, fiduciæ in magnam ejus miſericordiam, animi cum divina ipſius voluntate conſentientis, cordis contriti, ac demùm cœleſtis patriæ deſiderio ſuſpirantis, ut infrà notabitur.

Si mentis omninò impotem Infirmum conſpiciat Sacerdos, ipſe, pro ſua prudentia, poterit aſtantes alloqui, ut eorum precibus Infirmum commendet, utque ex ejus ſtatu mortem proximam nuntiante, omnia in hoc mundo vanitatem eſſe intelligant.

Si brevi moriturus videatur Infirmus, Sacerdos, priuſquàm diſcedat, Commendationem animæ ante deceſſum *piè recitabit; alioqui, mox in Eccleſiam, vel domum regredietur, priùs monitis qui Infirmo aſſiſtunt & miniſtrant, ut, cùm ad exitum vergere videbitur, ſe continuò accerſant, qui morientem adjuvet, egreſſamque animam Deo commendet, niſi alius, impedito Sacerdote, pium hoc miniſterium, ut par eſt, exequatur.*

[*Urgente periculo, præviæ ad Extremam-Unctionem Preces omittentur, ſolæque peragentur Unctiones, ut ſuprà.*

Et cùm uſque adeò inſtabit periculum, ut timendi locus ſit ne tempus non ſuppetat niſi ad unam duntaxat Unctionem exequendam; hæc ſufficiet in quolibet ſenſu obvio; eligi tamen im-

Digitized by Google

primis debent oculi, & tunc pronuntianda erit hæc forma *generalis :*

Per iſtam ſacri Olei Unctiónem ✠ & ſuam piiſſimam miſericórdiam, indúlgeat tibi Deus quidquid peccaſti per (viſum) & per cæteros ſenſus.

℟. Amen.

Si poſt hujuſmodi Unctionem ſuperſtes maneat Infirmus, cæteras ordine ſupradicto exequetur Sacerdos, prætermiſſo illo ſenſu in quem hæc generalis adhibita fuerit Unctio. Si verò dubium ſit an adhùc vivat; dum peraguntur cætera Unctiones, forma *ſub conditione pronuntietur his verbis :*

Si vivis, per iſtam ſacri Olei Unctiónem, &c.]

Digitized by Google

ORDO

MINISTRANDI

SACRUM VIATICUM LAICIS.

PRÆMONEANTUR qui Infirmo miniſtrant, ut ejus cubiculum diligenter mundetur, & in eo paretur menſa linteo mundo cooperta, in qua ſanctiſſimum Sacramentum decenter deponatur. Super menſam ponantur duo luminaria; vaſculum Aquæbenedictæ, cum Aſpergillo: duo etiam vaſcula; alterum cum vino aliove liquore quo utitur Infirmus, ut ei, perceptâ Euchariſtiâ, per modum Ablutionis miniſtretur; alterum cum aqua, ad purificandos Sacerdotis digitos. Prætereà linteum mundum ante pectus Communicandi ſternatur; aliaque ad ornatum cubilis & loci, pro cujuſque facultate.

His ita compoſitis, aliquot ictibus Campana pulſabitur, ad invitandos Fideles ut in Eccleſiam conveniant, & Dominum JESUM comitentur in domum Infirmi. Qui aderunt, ac præcipuè ſanctiſſimi Sacramenti Confratres, Cereos, aut faces, & umbellam piè ac religioſè deferent.

SACERDOS ſacrum Viaticum adminiſtraturus, ablutis manibus, Superpelliceo induetur, deſupèrque Stolam accipiet rubri coloris; &, comitantibus Acolythis, ſeu Clericis, aut etiam (ſi locus ferat) Presbyteris in habitu Chori, at uno ſaltem miniſtro Laïco, ad Altare procedet, Tabernaculi clavem gerens. Quò cùm pervenerit, in genua provolutus ad infimum gradum, piiſſimo cordis affectu Dominum JESUM adorabit, ſuſceptam Adminiſtrationem ei commendans, & pro Infirmo aliquantiſper deprecabitur. Mox ad Altare aſcendet, Taber-

Digitized by Google

nuculum aperiet, genuflectet, ſacramque Adminiſtrationum Pyxidem in qua ſint plures Hoſtiæ, reverenter accipiet diligenter clauſam, veloque decenti ornatam. Clauſo Tabernaculo & remotâ clave, ad aſtantes converſus, iis cum ſacra Pyxide Benedictionem impertietur, nihil dicens. Tum ſub umbellam ſe conferet; quæ, deficientibus Clericis, ſuſtinebitur à miniſtris Eccleſiæ addictis, vel ab Infirmi propinquis, vel à ſanctiſſimi Sacramenti Confratribus, aut aliis.

Inceſſu gravi, & nudo capite, demiſſiſque in ſacram Pyxidem oculis, progredietur Sacerdos, præcedente Clerico in habitu Chori, qui hoc Paſtoralis Volumen gerat, Burſam *Corporali & Purificatorio inſtructam, & Campanulam, quam per iter crebris pulſet ictibus, ad monendos Fideles ut in Domini* JESU *comitatum veniant, aut ſaltem eum, flexis genibus, reverenter, prout decet, adorent. Præcedant etiam alii duo miniſtri, qui intortitias faces aut laternas Cereis accenſis collucentes deferant.*

Sacerdos Sacramentum ante pectus elevatum ſummâ cum reverentiâ geſtans, Pſalmum 50. Miſerére, *alternatim cum Clericis aſſiſtentibus recitet: qui ſi non ſufficiat, alios Pœnitentiales ſubjungere poterit: ſi verò ei reſpondere nequeant comites, hujuſmodi Pſalmos ſolus ipſe recitabit.*

Cùm ex Urbe, oppido aut vico non egredietur, vel cùm ad vicinam domum erit proceſſurus, plures (ut diximus) Hoſtias geret in ſacra Pyxide, ac reſiduas in Eccleſiam eodem ordine reportabit. Quòd ſi verò per campos longius aut difficilius iter ſit obeundum; minore Pyxide, quam Cuſtodiam *vocant, argenteâ inùſque deauratâ utetur; nec plures ſumet Hoſtias quàm Infirmi erunt ſalutari Viatico reficiendi; nullâque adhibitâ Cæremoniâ revertetur.*

Et quandò in campeſtres longèque ab Eccleſia Parochiali diſtantes domos geſtandam erit ſanctiſſimum Sacramentum, tantâ præſertim cœli intemperie, tam difficilibus viis, ut pediti impervia ſint; Cuſtodiam *velo ſerico decenter ornatam aptèque incluſam collo appendet Parochus aut Vicarius, ſicque ad pectus aſtringet, ut neque* Cuſtodia *decidere, neque Sacramentum excuti poſſit. Sic ſub umbella, cum eo qui ſuprà dictus eſt, comitatu, procedet uſque ad ultimum Urbis,*

Digitized by Google

oppidi aut vici exitum. Quò cùm pervenerit, equum aut vehiculum poterit conſcendere, ſe nigro pallio involvere, & hiemale capitis humerorumque tegumentum in Choro adhiberi ſolitum, vel (ſi deſit aut minimè ſufficiat) petaſum ſibi aptare. Præcedent duo miniſtri, quorum unus Cereum accenſum in laterna geſtabit, alter hunc Librum, Burſam, & Campanulam totâ viâ reſonantem, ad monendos quicumque tranſierint, ut auguſtiſſimum Sacramentum adorent. Ipſe neminem in via ſalutabit, Dominum JESUM *alto meditationis ſilentio adorabit; comiteſque ſilere omninò curabit.*

Ut in Altari ſemper maneat Corpus Domini, & à Fidelibus Eccleſiam ingredientibus adorari poſſit, Sacerdos aliquot Hoſtias conſecratas in Tabernaculo relinquet: quòd ſi verò unum duntaxat eſſet Ciborium, vel una Cuſtodia, *modò dictas Hoſtias Corporali involveret, reduxque illas in ſacram Pyxidem reſumeret.*

SACERDOS Infirmi cubiculum ingreſſus, dicet:

℣. Pax huic dómui,

℟. Et ómnibus habitántibus in ea.

[** Si priùs miniſtrata fuerit Extrema-Unctio, omittuntur hæc verba, & quæ ſequitur Aſperſio.*]

Et cùm in Infirmi conſpectu fuerit, ſignum Crucis coram illo exprimet cum ſanctiſſimi Sacramenti Pyxide. Quâ depoſitâ ſuper menſam præparatam, ſuppoſito Corporali, genua flectet, ac pauliſper cum aſtantibus in adoratione manebit.

Poſteà ſurget, acceptoque Aſpergillo, genuflectet, ad Infirmum accedet; eumque & aſtantes Aquâ-benedictâ reſperget, dicens:

℣. Aſperges me, Dómine, hyſſópo, & mundábor;

℟. Lavábis me, & ſuper nivem dealbábor. *Pſ.* 50.

Poſteà ſanctiſſimum Sacramentum, poſito genu, adorabit, & ſtatim coram eo conſiſtens, dicet:

Digitized by Google

℣. Ecce Deus salvátor meus;
℟. Fiduciáliter agam, & non timébo. *Cant. Is.* 12.
℣. Parásti, Dómine, in conspéctu meo mensam,
℟. Adversùs eos qui tríbulant me. *Ps.* 22.
℣. Fiat misericórdia tua ut consolétur me,
℟. Secundùm elóquium tuum servo tuo (*vel* ancillæ tuæ). *Ps.* 118.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam;
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum;
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

DOMINE Jesu Christe, qui olim in mortáli carne visíbilis, infirmos amanter visitásti & mirabíliter sanásti; te súpplices exorámus, ut, qui nunc in tuo Sacramento invisibíliter præsens, infirmum fámulum tuum (*vel* infirmam fámulam tuam) visitáre dignáris, ei spirituále simul & corporále indúlgeas levamentum; benignèque infúsâ cœléstis grátiæ dulcédine, secundùm multitúdinem dolórum ejus, eum (*vel* eam) ubérrimæ consolatiónes tuæ lætíficent; Qui vivis & regnas Deus. ℟. Amen.

OREMUS.

DEUS, infirmitátis humánæ singuláre præsídium; auxílii tui super infirmum fámulum tuum (*vel* super infirmam fámulam tuam) ostende virtútem; ut per grátiam tuam ab omni delicto purgátus (*vel* purgáta), & digno pietátis affectu, & suavíssimo cha-

Digitized by Google

rísmatum fructu, Jesum Christum Fílium tuum in amóris sui Sacramento susćipere mereátur; Qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs sancti Deus per ómnia sécula seculórum. ℟. Amen.

Recitatis Orationibus, ab Infirmo (prout suaserit prudentia) quærat privatim Sacerdos, num sit ritè confessus? num superſit aliquid quod ipsius conscientiam remordeat aut gravet? suumque illi, si necesse fuerit, ministerium offerat.

Illum postea his aut similibus verbis alloquetur:

VOICI, MON CHER FRERE (*ou* MA CHERE SŒUR,) votre Sauveur & votre Dieu; voici l'Agneau qui efface les péchés du monde. Votre infirmité ne vous a pas permis d'aller le recevoir dans son saint Temple, il est venu lui-même vous visiter. Il vient, ce Dieu de consolation, pour vous soulager dans vos maux, pour adoucir vos souffrances, pour vous fortifier, vous protéger contre toutes les attaques de l'ennemi de votre salut. Il va vous donner son Corps, son Sang, son Ame & sa Divinité; vous serez sa demeure, il sera la vôtre; & cette union divine sera pour vous le gage de l'immortalité bienheureuse. Concevez, M. C. F. (*ou* M. C. S.) concevez, s'il est possible, toute l'étendue de l'amour de Jesus-Christ; & dites-lui avec la plus humble confiance: Puisque, malgré mon indignité, vous daignez vous abaisser jusqu'à moi & entrer dans ma maison, ajoûtez à ce prodige de bonté un bienfait plus précieux encore, l'union la plus intime avec votre serviteur (*ou* avec votre servante), & les graces abondantes qui en doivent être le fruit. Venez en moi, ô divin Jesus! Je soupire après vous, ô mon Dieu! avec la plus vive ardeur. Venez en moi: je me donne à vous sans réserve, sans partage, puisque vous daignez vous donner tout entier à moi. Venez, ô mon Sauveur! je n'ai plus d'autre desir que de vous être inséparablement uni: le seul bonheur où j'aspire, est de vivre à jamais en vous, pour vous & avec vous.

Tum Infirmus, Confessionis generalis formulam emittat, dicens linguâ latinâ, Confiteor Deo, *&c. seu vulgari,* Je confesse

confeſſe à Dieu, *&c. Quòd ſi præ infirmitate non poſſit, ejus nomine illam recitent qui Sacerdoti miniſtrant. Poſteà dicat Sacerdos :*

Miſereátur tuî omnípotens Deus, &, dimiſſis ómnibus peccátis tuis, perdúcat te ad vitam æternam.

℟. Amen.

Indulgéntiam, abſolutiónem, & ✠ remiſſiónem ómnium peccatórum tuórum tríbuat tibi omnípotens & miſéricors Dóminus.

℟. Amen.

Poſteà Sacerdos, ablutis digitis, & flexis genibus adorato Sacramento, Corpus Domini elevabit de Pyxide, ipſumque oſtendet Infirmo, accedens ad illum, & dicens vernaculè, Librum tenente miniſtro :

Le Sacrement auguſte de nos Autels, MON CHER FRERE, (*ou* MA CHERE SŒUR,) exige une foi vive de la part de ceux qui veulent le recevoir ; voilà pourquoi l'Egliſe vous ordonne d'en faire une profeſſion publique, avant de vous préſenter, par la main de ſon Miniſtre, le Corps adorable du Sauveur : & c'eſt dans ces ſentimens que vous devez répondre aux queſtions que je vais vous adreſſer de ſa part.

Ne croyez-vous pas d'une ferme Foi les Myſteres de la Très-ſainte Trinité, de l'Incarnation, de la Redémption, & généralement toutes les vérités que croit & enſeigne l'Egliſe Catholique, Apoſtolique & Romaine ?

℟. Oui, Monſieur.

N'eſpérez-vous pas que Dieu vous fera miſéricorde par les mérites de Jeſus-Chriſt notre Sauveur ?

℟. Oui, Monſieur.

Digitized by Google

Ne voulez-vous pas aimer Dieu de tout votre cœur, & votre prochain comme vous-même pour l'amour de lui ?

℟. Oui, Monſieur.

Ne demandez-vous pas pardon à Dieu, avec un ſincere regret, de tous les péchés de votre vie ?

℟. Oui, Monſieur.

Ne pardonnez-vous pas de bon cœur à ceux qui vous auroient offenſé ?

℟. Oui, Monſieur.

Ne demandez-vous pas auſſi pardon à ceux que vous auriez offenſés ou ſcandaliſés ?

℟. Oui, Monſieur.

Ne croyez-vous pas que Jeſus-Chriſt, vrai Dieu & vrai Homme, qui eſt mort ſur la Croix pour le ſalut de tous les hommes, & pour le vôtre en particulier, eſt caché ſous ces Eſpeces, & que c'eſt ſon Corps & ſon Sang que je tiens entre mes mains, & que vous allez recevoir ?

℟. Oui, Monſieur.

Cùm ad ſingula reſponderit Infirmus, ſemel dicet Sacerdos :

Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi.

Deindè, more ſolito, ter ſubjunget :

Dómine, non ſum dignus ut intres ſub tectum meum ; ſed tantùm dic verbo, & ſanábitur ánima mea.

Et Infirmus, Sacerdotem nomine ipſius loquentem piæ mentis affectu ſequetur.

Tum Sacerdos Infirmo ſacram Hoſtiam porrrigens, & cum ea ſignum Crucis ſuper Pyxidem exprimens, dicet :

Digitized by Google

Accipe, charíſſime frater, (*vel* charíſſima ſoror,) Viáticum Córporis Dómini noſtri Jeſu ✠ Chriſti, quod te ab inimíco tueátur, & cuſtódiat in vitam æternam. ℟. Amen.

Si autem Communio non miniſtretur per modum Viatici, dicet, ut moris eſt:

Corpus Dómini noſtri Jeſu ✠ Chriſti cuſtódiat, &c.

[*Quòd ſi mors immineat, timeaturque ex mora periculum; tunc, dicto* Miſereátur, *&c., omiſſis, vel ex toto, vel ex parte iis quæ ſuperiùs notatæ ſunt, Precibus, Infirmo ſtatim præbeatur ſacrum Viaticum.*]

Miniſtratâ Communione, ſacrum Ciborium ſuper menſam reponit Sacerdos; leviterque ſuper illud excuſſis digitis quibus Sacramentum tetigit, aſtrictè ipſum claudit, ac velum ſuperinducit. Continuò (ſi ſuperſint Hoſtiæ) genuflectit; digitos abluit in vaſe mundo ad hoc parato, nihil dicens, & extergit Purificatorio; ablutio verò in ignem projicitur. Interim paululùm vini & aquæ bibendum Infirmo datur, nihil dicendo; ſi verò totam non potuerit ablutionem ſumere, in ignem pariter injicitur quod ſuperfuerit.

Poſteà Sacerdos genuflectit, ſtatimque dicit:

℣. Fortitúdo mea Dóminus;

℟. Et factus eſt mihi in ſalútem. *Iſ.* 12.

℣. Factus eſt mihi Dóminus in refúgium,

℟. Et Deus meus in adjutórium ſpei meæ. *Pſ.* 93.

OREMUS.

OMNIPOTENS & miſéricors Deus, qui in bonitáte tua magna réficis laborantes & conſoláris infirmos; præſta ſupplícibus tuis, ut pane fórtium nutrítus fámulus tuus, frater noſter (*vel* nutríta fámula tua, ſoror noſtra), cœleſti róbore convaleſcat; eíque ſuſcepta

Mystéria sint ánimæ & córporis tutaméntum, signáculum perfectæ reconciliatiónis, & pignus beátæ immortalitátis. Per Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Tum Sacerdos (si superfint Hostiæ) genuflectit; ad Infirmum regreditur, eumque monet, ut pro tanti Sacramenti susceptione gratias Deo maximas referat, ejusque fructum sibi conciliare tenerrimo pietatis affectu studeat. His porrò vel similibus verbis uti poterit:

VOus possédez maintenant en vous, MON CHER FRERE, (*ou* MA CHERE SŒUR,) Jesus-Christ votre Sauveur & votre Dieu. Jouissez du bienfait de sa présence, & profitez des momens précieux d'une si admirable & si intime union avec l'auteur de toute grace. Elevez votre ame au-dessus de toutes les pensées & de toutes les affections terrestres. Votre corps même, tout accablé qu'il est de son infirmité, votre corps possede en lui le germe de l'incorruptibilité, & le gage de l'immortalité bienheureuse.

Pénétrez-vous, M. C. F., (*ou* M. C. S.,) des plus vifs sentimens de reconnoissance. Vous gémissiez sous le poids de la douleur; Jesus-Christ est venu lui-même pour vous consoler: il est au milieu de vous, pour soutenir votre foiblesse. Refuserez-vous de le suivre dans la carrière des souffrances, où il vous a si glorieusement précédé (*ou* précédée)? Levez les yeux vers le séjour de sa gloire, & voyez la couronne qu'il y prépare à votre patience & à votre résignation.

Dites, comme il le disoit lui-même, à la veille de consommer son sacrifice: *Seigneur, s'il n'est pas possible que ce Calice s'éloigne de moi, que votre volonté s'accomplisse, & non la mienne.* Dites-lui: Non, mon Dieu, rien n'est pénible, rien n'est amer pour une ame qui a le bonheur de vous être unie. *Qui me séparera de l'amour de Jesus-Christ? Sera-ce la tribulation, ou l'angoisse?* la maladie, ou la douleur? *J'en triompherai par la vertu de celui qui m'a aimé: ni la mort, ni la vie, ni le présent, ni l'avenir, rien ne pourra me séparer de l'amour de mon Dieu.* (1).

(1) Rom. 8. 35. 37. 38. 39.

[*Si, præ morbi violentiâ, breviſſimè alloquendus ſit Infirmus, dici poterit:*

Et ecce velum Templi ſciſſum eſt in duas partes, à ſummo uſque deorſùm: & terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt, & monumenta aperta ſunt; & multa corpora Sanctorum qui dormierant, ſurrexerunt, & exeuntes de monumentis poſt reſurrectionem ejus, venerunt in ſanctam civitatem, & apparuerunt multis. Videns autem Centurio qui ex adverſo ſtabat, quod ſactum fuerat, quia ſic clamans expiraſſet, glorificavit Deum, dicens: Verè hic homo juſtus erat: verè hic homo Filius Dei erat. Et qui cum eo erant, cuſtodientes Jeſum, viſo terræ motu, & his quæ fiebant, timuerunt valdè, dicentes: Verè Filius Dei erat iſte. Et omnis turba eorum qui ſimul aderant ad ſpectaculum iſtud, & videbant quæ fiebant, percutientes pectora ſua revertebantur. Stabant autem omnes noti ejus à longè, & mulieres quæ ſecutæ eum erant à Galilæa, hæc videntes: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Jacobi minoris & Joſeph mater, & Salome mater filiorum Zebedæi. Et cùm eſſet in Galilæa, ſequebantur eum, & miniſtrabant ei, & aliæ multæ, quæ ſimul cum eo aſcenderant Jeroſolymam.

d'un roſeau, & la lui préſentant à boire, Laiſſez, dit-il, voyons ſi Élie viendra le deſcendre de la croix. Laiſſez, diſoient les autres, voyons ſi Élie viendra le délivrer. Ayant donc pris le vinaigre, Jeſus dit: Tout eſt accompli. Et jettant de nouveau un grand cri, Mon Pere, dit-il encore, je remets mon ame entre vos mains. A ces mots, il baiſſa la tête, & rendit l'eſprit.

En même tems le voile du Temple ſe déchira en deux par le milieu, depuis le haut juſqu'en bas: la terre trembla, les pierres ſe fendirent, les tombeaux s'ouvrirent; & les corps de pluſieurs Saints qui étoient dans le ſommeil de la mort, reſſuſciterent. Et ſortant de leurs tombeaux après ſa réſurrection, ils vinrent dans la Ville ſainte, & apparurent à pluſieurs perſonnes. Alors le Centurion qui étoit vis-à-vis de lui, ayant vu ce qui étoit arrivé, & que Jeſus étoit mort en criant de la ſorte, glorifia Dieu: Vraiment, dit-il, cet homme étoit juſte: oui, cet homme étoit le Fils de Dieu. Et ceux qui étoient avec lui & qui gardoient Jeſus, voyant le tremblement de terre & tous les prodiges qui arrivoient, furent ſaiſis de frayeur: Oui, dirent-ils, cet homme étoit certainement le Fils de Dieu. Et le peuple innombrable qui étoit préſent à ce ſpectacle, touché de ce qu'il avoit vu, s'en retournoit ſe frappant la poitrine. Tous ceux de la connoiſſance de Jeſus, & les femmes qui l'avoient ſuivi de Galilée, ſe tenoient à l'écart, & regardoient ce qui ſe paſſoit. De ce nombre étoient Marie Madeleine, Marie mere de Jacques

le Mineur & de Joſeph, & Salomé mere des fils de Zébédée, leſquelles, pendant qu'il étoit en Galilée, le ſuivoient & le ſervoient; ainſi que pluſieurs autres, qui étoient venues avec lui à Jéruſalem.

Pſeaume 129.

DU FOND de l'abyme j'ai pouſſé des cris vers vous, Seigneur; Seigneur, écoutez ma voix.

Prêtez une oreille attentive aux accens de mon ardente priere.

Si vous examinez rigoureuſement nos iniquités, Seigneur, ah! Seigneur, qui pourra ſoutenir vos jugemens?

Mais vous êtes plein de miſéricorde; & j'eſpere en vous, Seigneur, à cauſe des promeſſes contenues dans votre Loi.

Mon ame attend ſon ſalut ſur la foi des oracles du Seigneur: mon ame a mis en lui toute ſa confiance.

Depuis l'aurore juſqu'à la nuit, qu'Iſraël eſpere au Seigneur.

Parce que le Seigneur eſt plein de miſéricorde, & qu'il eſt la ſource d'une rédemption abondante.

Et lui-même rachetera Iſraël de toutes ſes iniquités.

Gloire au Pere.

Prions.

OUVREZ, s'il vous plaît, Seigneur, votre ſein paternel à votre ſerviteur (*ou* ſervante); afin que celui (*ou* celle) qui préſentement eſt affligé (*ou* affligée) avec juſtice pour ſes péchés, ſe réjouiſſe un jour, en éprouvant que ce n'eſt pas en vain qu'il (*ou* qu'elle) s'eſt jetté (*ou* jettée) entre les bras de votre miſéricorde: Nous vous le demandons par Jeſus-Chriſt notre Seigneur. Ainſi ſoit-il.

Pſalmus 129.

*DE profundis clamavi ad te, Domine; * Domine, exaudi vocem meam.*

*Fiant aures tuæ intendentes * in vocem deprecationis meæ.*

*Si iniquitates obſervaveris, Domine, * Domine, quis ſuſtinebit?*

*Quia apud te propitiatio eſt, * & propter legem tuam ſuſtinui te, Domine.*

*Suſtinuit anima mea in verbo ejus; * ſperavit anima mea in Domino.*

*A cuſtodia matutina uſque ad noctem * ſperet Iſraël in Domino.*

*Quia apud Dominum miſericordia, * & copioſa apud eum redemptio.*

*Et ipſe redimet Iſraël * ex omnibus iniquitatibus ejus.*

Gloria Patri, &c.

Orémus.

SINUM tuæ pietatis famulo tuo N. *infirmo* (vel *famulæ tuæ* N. *infirmæ*), *quæſumus, Domine, benignus aperi; ut qui* (vel *quæ*) *pro peccatis ſuis juſtè nunc affligitur, non fruſtrà ad te confugiſſe olim lætetur; Per Chriſtum Dominum noſtrum.*

℟. *Amen.*

Digitized by Google

Continuatio Paſſionis.

JUDÆI ergò (quoniam Paraſceve erat) ut non remanerent in cruce corpora Sabbato (erat enim magnus dies ille Sabbati), rogaverunt Pilatum ut frangerentur eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergò milites, & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus eſt cum eo : ad Jeſum autem cum veniſſent, ut viderunt eum jam mortuum, non fregerunt ejus crura ; ſed unus militum lanceâ latus ejus aperuit, & continuò exivit ſanguis & aqua. Et qui vidit, teſtimonium perhibuit ; & verum eſt teſtimonium ejus : & ille ſcit quia vera dicit, ut & vos credatis. Facta ſunt enim hæc, ut Scriptura impleretur : Os non comminuetis ex eo. Et iterùm alia Scriptura dicit : Videbunt in quem tranſfixerunt.

Poſt hæc autem, & cùm jam ſerò eſſet factum (quia erat Paraſceve quod eſt ante Sabbatum), venit quidam homo dives, nomine Joſeph, nobilis Decurio, vir bonus & juſtus (hic non conſenſerat conſilio, & actibus eorum), ab Arimathæa civitate Judææ ; qui expectabat & ipſe regnum Dei. Hic acceſſit, & audaciter introivit ad Pilatum ; &, eò quòd eſſet diſcipulus Jeſu, (occultus autem propter metum Judæorum) petiit corpus Jeſu. Pilatus autem mirabatur ſi jam obiiſſet ; &, accerſito Centurione, interrogavit eum ſi jam mortuus eſſet. Et cùm cognoviſſet à Centurione, donavit corpus Joſeph.

Suite de la Paſſion.

COMME c'étoit la veille du Sabbat, les Juifs ne voulant pas que les corps demeuraſſent à la croix, en un jour ſi ſolemnel, prierent Pilate de leur faire rompre les jambes & de les faire enlever. Il vint donc des ſoldats qui rompirent les jambes au premier, puis à l'autre qui étoit crucifié avec lui. Enſuite venant à Jeſus, & voyant qu'il étoit déjà mort, ils ne lui rompirent point les jambes ; mais un des ſoldats lui ouvrit le côté avec une lance, & auſſi-tôt il en ſortit du ſang & de l'eau. Celui qui l'a vu, en rend témoignage ; & ſon témoignage eſt véritable, & il ſait qu'il dit la vérité, afin que vous croyiez auſſi vous-mêmes. Car ceci eſt arrivé pour ſervir d'accompliſſement à cette parole de l'Écriture : Vous ne briſerez aucun de ſes os. Et l'Écriture dit encore ailleurs : Ils verront celui qu'ils ont percé.

Après cela, ſur le ſoir, la veille du Sabbat, il vint un homme riche, nommé Joſeph, qui étoit un officier plein de probité & de vertu, & qui n'avoit pris part, ni au complot, ni à l'attentat des Juifs ; il étoit d'Arimathie, ville de Judée, & du nombre de ceux qui attendoient le royaume de Dieu. Celui-ci, qui étoit auſſi Diſciple de Jeſus, mais en ſecret, parce qu'il craignoit les Juifs, eut aſſez de hardieſſe pour aller trouver Pilate, & lui demander le corps de Jeſus. Pilate s'étonnant qu'il fût mort ſitôt, fit venir le Centurion ; & ayant ſçu de lui la vérité du fait, il permit à Joſeph d'enlever le corps de Jeſus.

Digitized by Google

Il vint donc, & emporta le corps de Jeſus. Nicodeme qui étoit venu autrefois trouver Jeſus pendant la nuit, vint auſſi, apportant une compoſition de myrrhe & d'aloës, d'environ cent livres. Joſeph ayant acheté un linceul, & deſcendu le corps, l'enveloppa dans ce linceul, qui étoit blanc. Ils prirent ainſi le corps de Jeſus, l'embaumerent, & l'envelopperent de linges, ſelon la maniere d'enſevelir uſitée parmi les Juifs. Or il y avoit un jardin à l'endroit où Jeſus avoit été crucifié, & dans ce jardin un ſépulcre tout neuf, taillé dans le roc, où l'on n'avoit encore mis perſonne. Ce fut donc là que Joſeph dépoſa le corps de Jeſus, parce que c'étoit la veille du Sabbat des Juifs, & que le ſépulcre étoit tout proche. Joſeph roula une groſſe pierre à l'ouverture, & s'en alla. Cependant les femmes qui étoient venues de Galilée avec Jeſus, ayant ſuivi Joſeph, s'aſſirent auprès du ſépulcre, & regarderent où l'on mettoit Jeſus, & comment on plaçoit ſon corps: après quoi, elles s'en retournerent, & préparerent des aromates & des parfums.

Venit ergò, & tulit corpus Jeſu. Venit autem & Nicodemus qui venerat ad Jeſum noctè primùm, ferens mixturam myrrhæ & aloes, quaſi libras centum. Joſeph autem mercatus ſindonem, & deponens eum, involvit ſindone mundâ. Acceperunt ergò corpus Jeſu, & ligaverunt illud linteis cum aromatibus, ſicut mos eſt Judæis ſepelire. Erat autem in loco ubi crucifixus eſt, hortus, & in horto monumentum novum, in quo nondùm quiſquam poſitus erat. Ibi ergò, propter Paraſceven Judæorum, quia juxtà erat monumentum, Joſeph poſuit illud in monumento ſuo novo, quod exciderat in petra, & advolvit ſaxum magnum ad oſtium monumenti, & abiit. Subſecutæ autem mulieres quæ cum eo venerant de Galilæa, ſedentes contra ſepulcrum, aſpiciebant ubi poneretur, & quemadmodùm poſitum erat corpus ejus. Et revertentes, paraverunt aromata & unguenta.

Pſeaume 142.

SEIGNEUR, écoutez ma priere; prêtez l'oreille à mon humble demande, ſelon la vérité de vos promeſſes; exaucez-moi ſelon votre juſtice.

Et n'entrez point en jugement avec votre ſerviteur, parce que nul homme vivant ne ſera trouvé juſte à vos yeux.

L'ennemi me pourſuit pour m'ôter la vie; déjà il m'a renverſé par terre.

Pſalmus 142.

*DOMINE, exaudi orationem meam, * auribus percipe obſecrationem meam in veritate tua; exaudi me in tua juſtitia.*

*Et non intres in judicium cum ſervo tuo, * quia non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens.*

*Quia perſecutus eſt inimicus animam meam; * humiliavit in terra vitam meam.*

Digitized by Google

*Collocavit me in obſcuris, ſicut mortuos ſeculi; * & anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus, in me turbatum eſt cor meum.*

Il m'a réduit à me cacher dans les ténébres, comme ceux qui depuis long-tems habitent parmi les morts : mon eſprit eſt dans la détreſſe, mon cœur eſt ſaiſi de trouble & d'effroi.

*Memor fui dierum antiquorum : meditatus ſum in omnibus operibus tuis ; * in factis manuum tuarum meditabar.*

Je me rappelle le ſouvenir des tems reculés : je repaſſe dans mon eſprit toutes vos merveilles; je médite ſur les œuvres de votre puiſſance.

*Expandi manus meas ad te : * anima mea ſicut terra ſine aqua tibi.*

J'éleve mes mains vers vous; & mon ame attend votre ſecours, ainſi qu'une terre deſſéchée attend la pluie.

*Velociter exaudi me, Domine : * defecit ſpiritus meus.*

Hâtez-vous, Seigneur, de m'exaucer : mon ame ſuccombe à ſa douleur extrême.

*Non avertas faciem tuam à me; * & ſimilis ero deſcendentibus in lacum.*

Ne détournez pas vos regards de deſſus moi ; ſi vous m'abandonnez, je deviendrai ſemblable à ceux qui deſcendent dans le tombeau.

*Auditam fac mihi manè miſericordiam tuam, * quia in te ſperavi.*

Hâtez-vous de me faire entendre la voix de votre miſéricorde, parce que j'ai mis en vous mon eſpérance.

*Notam fac mihi viam in qua ambulem, * quia ad te levavi animam meam.*

Faites-moi connoître la route par laquelle je dois marcher, puiſque je tiens mon ame élevée vers vous.

*Eripe me de inimicis meis, Domine, ad te confugi : * doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.*

Délivrez-moi, Seigneur, de mes ennemis; j'ai recours à vous : apprenez-moi à faire votre volonté, parce que vous êtes mon Dieu.

*Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam : * propter nomen tuum, Domine, vivificabis me in æquitate tua.*

Votre eſprit qui eſt ſouverainement bon, conduira mes pas dans le ſéjour de la droiture : Seigneur, pour la gloire de votre nom, vous me conſerverez la vie, ſelon votre juſtice.

*Educes de tribulatione animam meam, * & in miſericordia tua diſperdes inimicos meos.*

Vous délivrerez mon ame de l'affliction qui la preſſe; vous écouterez votre miſéricorde, & vous détruirez mes ennemis.

*Et perdes omnes qui tribulant animam meam, * quoniam ego ſervus tuus ſum.*

Vous ferez diſparoître tous ceux qui me perſécutent, parce que je ſuis conſacré à votre ſervice.

Gloria Patri, &c.

Gloire au Pere, &c.

Digitized by Google

Prions.

QUE la grace de votre conſolation, Seigneur, ſanctifie, ſoutienne & rempliſſe de confiance, celui (*ou* celle) qui eſt abbatu (*ou* abbatue) par la vue de ſes péchés ; C'eſt ce que nous vous demandons par Jeſus-Chriſt notre Seigneur. Ainſi ſoit-il.

Orémus.

DA, quæſumus, Domine, ut quem (vel *quam*) *actionis propriæ culpa contriſtat, gratia tuæ conſolationis ſanctificet, ac fiduciâ ſuſtentet. Per Chriſtum Dominum noſtrum.*

℟. *Amen.*

POTERIT etiam Sacerdos, piuſve Laïcus pro ipſo Infirmi viſitator, alios quoſdam Evangeliorum locos apud eum vernaculâ pariter linguâ legere, in quibus narrantur variæ curationes à Chriſto Domino mirabilem in modum impertitæ.

Matth. c. 8. *v.* 3. *uſque ad v.* 14. *excluſivè.* Cùm introiſſet Jeſus Capharnaüm, &c.

Luc. c. 4. *v.* 38. *uſque ad v.* 41. *excl.* Surgens Jeſus intravit in domum Simonis, &c.

Joan. c. 5. *v.* 2. *uſque ad v.* 10. *excl.* Eſt Jeroſolymis probatica Piſcina, &c.

Digitized by Google

MODUS
JUVANDI MORIENTES.

SI Infirmus in exitum vergens, nondùm omni careat animi judicio & libertate, Paſtoris aut Paſtorale munus exequentis Sacerdotis erit ut, quantùm feret ſtatus anguſtiati & preſſuram patientis, ſermones Dei & verba ſalutis apud eum ingeminet, ipſique, donec ſuperfuerit halitus, ad omnia pietatis charitatiſque officia promptum ſe atque indefeſſum conſolatoriæ Religionis Miniſtrum exhibeat. Abſit ut quiſquam Paſtor, aut Paſtoralis curæ vicarius Sacerdos, impletam à ſe omnem juſtitiam putet, eò quòd Infirmo cuique extrema Sacramenta feſtinanter miniſtraverit, & agonizantis animæ Commendationem frigidè recitaverit. Aliud præterea requirit zelus animarum quas ſuo Sanguine redemit Chriſtus Dominus, & quæ non alio magis tempore Sacerdotalis miniſterii ſollicitudine indigent, quàm cùm in ſupremo tranſitu laborant.

Itaque moribundo qui adhùc ſit attentionis capax, opportunè ſuggerendi ſunt Actus contritionis, fidei, ſpei & charitatis, adorationis, gratiarum actionis, animi cum divina voluntate conſentientis, ſeque Deo in perfectum obſequium devoventis, ac denique ad cœleſtem patriam ſuſpirantis. Leniter imprimis inducendus erit ut perſeverantiæ finalis donum fervidis precibus à Deo optimo efflagitet; tum etiam ut Chriſti meritis confiſus, ſperet ita fore ut Deus qui in ſe opus ſalutis miſericorditer cœpit, illud efficaciter abſolvat & perficiat uſque in diem CHRISTI JESU. *Ad quæ omnia pro tempore variiſque rerum adjunctis feliciter exequenda, uti poterit Sacerdos Exhortationibus ſuprà exaratis, eas videlicet abbrevians, atque in formam & perſonis & rerum adjunctis convenientem redigens. Poterit etiam è Scripturæ locis Exhortationes modò dictas ſequentibus eos ſeligere, quos & brevitate & unctionis ſuavitate moribundo conſolando juvandoque aptos magis, perſpectâ ejus indole animique temperatione, eſſe intellexerit.*

Digitized by Google

PORRO inducendus erit Infirmus in exitum vergens, ut ſacram JESU CRUCIFIXI effigiem ſecum attentè conſiderans, ſe ipſe ad Contritionem, patientiam, & Domini Salvatoris pro ſe patientis ac morientis vividiſſimum amorem potenter excitet. Nec ſine fructu apud eum legetur pars aliqua Paſſionis ejuſdem Domini noſtri JESU CHRISTI, ac præſertim locus in quo narratur ejus agonia in horto olivarum: inſeri autem expedit quædam ædificationis & pietatis verba, quibus moveatur ægrotus morti proximus.

Et cùm ei oſculanda præbetur JESU crucifixi effigies, ipſi quidem ſuggeri poteſt ſequens

ORATIO:

NOUS vous adorons, ô JESUS notre Sauveur, & nous vous bénissons, parce que vous avez racheté l'Univers par votre Croix ſainte: ô vous qui avez daigné ſouffrir pour notre ſalut, Seigneur JESUS-CHRIST, ayez pitié de nous.

ADORAMUS te, Chriſte, & benedicimus tibi, quia per ſanctam Crucem tuam redemiſti mundum: qui paſſus es pro nobis, Domine JESU CHRISTE, miſerere nobis.

VEL HÆC STROPHE:

DIVIN JESUS, qui du haut de la Croix où vous êtes attaché, tendez les bras à l'Univers, faites que nous aimions cette divine Croix; faites que nous mourions en l'embraſſant.

O CHRISTE, dum fixus Cruci
Expandis orbi brachia,
Amare da Crucem, tuo
Da nos in amplexu mori.

VEL HÆC SENTENTIA:

S'IL eſt terrible de tomber entre les mains du Dieu vivant, qu'il eſt doux, qu'il eſt conſolant de tomber entre les mains de JESUS-CHRIST mourant pour le ſalut de l'homme!

QUOD SI horrendum eſt incidere in manus Dei viventis, quàm dulce eſt incidere in manus JESU CHRISTI pro homine morientis!

LEGI etiam poterunt aliqui Pſalmi, aut Pſalmorum ſelecti verſus, appoſitè ad Infirmi captum ingeniumque ac diſpoſitiones. Uti etiam poterit Sacerdos ſequentibus Aſpirationibus, & quaſi jaculatoriis Orationibus:

DA

DA mihi, Domine, perſeverare uſque in finem, ut ſalvus ſiam.

Veniat ſuper me miſericordia tua, Domine, ſalutare tuum ſecundùm eloquium tuum. Pſ. 118.

Adjuva me, Domine Deus meus; ſalvum me fac ſecundùm miſericordiam tuam. Pſ. 108.

Manus tuæ fecerunt me & plaſmaverunt me: . . . veniant mihi miſerationes tuæ. Pſ. 118.

Redemiſti me, Domine, Deus veritatis. Pſ. 30.

Adjuva me, Domine, & ſalvus ero. Pſ. 118.

Domine Deus miſerator & miſericors, . . . reſpice in me, & miſerere meî. Pſ. 85.

Dic animæ meæ: Salus tua ego ſum. Pſ. 34.

Adjutor & ſuſceptor meus es tu, & in verbum tuum ſuperſperavi. Pſ. 118.

Miſerere meî, Deus, miſerere meî, quoniam in te confidit anima mea. Pſ. 56.

Nunc quæ eſt expectatio mea? nonne Dominus? Pſ. 38.

In te, Domine, ſperavi; non confundar in æternum. Pſ. 30.

Suſcipe me ſecundùm eloquium tuum, & vivam; & non confundas me ab expectatione mea. Pſ. 118.

In manus tuas, Domine, commendo ſpiritum meum. Pſ. 30.

SEIGNEUR, faites-moi la grace de perſévérer juſqu'au dernier inſtant de ma vie, afin que je ſois ſauvé.

Seigneur, faites que j'éprouve les effets de votre miſéricorde : ſauvez-moi ſelon votre parole.

Secourez-moi, Seigneur mon Dieu : ſauvez-moi ſelon votre miſéricorde.

C'eſt vous, ô mon Dieu, qui m'avez créé ; je ſuis l'ouvrage de vos mains : répandez ſur moi votre miſéricorde.

Vous m'avez racheté, Seigneur Dieu de vérité.

Secourez-moi, Seigneur, & je ſerai ſauvé.

Seigneur Dieu infiniment bon & miſéricordieux, jettez ſur moi un regard de bonté : mon Dieu, ayez pitié de moi.

Dites à mon ame : Je ſuis ton ſalut.

Vous êtes mon aſyle & mon appui : j'ai la plus vive eſpérance en vos promeſſes.

Ayez pitié de moi, ô mon Dieu, ayez pitié de moi : mon ame met toute ſa confiance en vous.

Maintenant qu'elle eſt mon attente ? n'eſt-ce pas le Seigneur ?

Seigneur, j'ai mis en vous mon eſpérance : ne permettez pas que je ſois à jamais confondu.

Recevez moi, Seigneur, ſelon votre parole, afin que je vive, & que je ne ſois point confondu dans mon attente.

Seigneur, je remets mon ame entre vos mains.

Seigneur, JESUS, recevez mon esprit.	*Domine* JESU, *suscipe spiritum meum.* Act. 7. 58.
Venez, Seigneur JESUS.	*Veni, Domine,* JESU. Apoc. 22. 20.
SAINTE MARIE, Mere de Dieu, priez pour nous, pauvres pécheurs, maintenant & à l'heure de notre mort.	*SANCTA MARIA, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc & in hora mortis nostræ.*
Marie, Mere de grace, mere de miséricorde, défendez-nous de l'ennemi de notre salut, & recevez-nous à l'heure de notre mort.	*Maria mater gratiæ,* *Mater misericordiæ,* *Tu nos ab hoste protege,* *Et horâ mortis suscipe.*
Montrez que vous êtes notre Mere.	*Monstra te esse Matrem.*
Obtenez-nous le bonheur de voir, après cet exil, JESUS, le fruit béni de vos entrailles.	*JESUM, benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc exilium ostende.*

SCILICET in mortem vergentes, cœlestis Patriæ desiderio, quantùm fieri potest, erigendi sunt, iisque sensibus imbuendi, quibus Machabæorum mater supra modum mirabilis & bonorum memoriâ digna, *filio mediis in suppliciis pro Lege Dei moriturо suggerebat,* Peto, nate, *inquiens,* peto ut aspicias ad cœlum. *Quam in sententiam alia mater non minùs mirabilis, filio ad mortem pro* CHRISTO JESU *oppetendam exeunti,* Nate, *exclamabat,* nate Symphoriane, memento Dei vivi : sursùm, fili, erecto corde aspice regnantem in cœlis : hodiè tibi vita non tollitur, sed mutatur in melius.

Quæ quidem verba, si utile fore videatur, linguâ vernaculâ Infirmo suggerat Sacerdos.

PRIUSQUAM autem Infirmus ad supremi conflictûs angustias deveniat, curandum est ut summum de peccatis per totam vitam commissis dolorem intimo corde renovet, propositâ Indulgentiâ plenariâ, in eorum gratiam concessâ, qui Actus Fidei, Spei & Charitatis horâ mortis piè religiosèque emiserint (a). *Hos autem Actus emittere potest secundùm hanc formulam :*

(a) Bulla Benedicti Papæ XII, data 15 Januarii 1718, & à Benedicto XIV confirmata, 28 Jan. 1756.

Digitized by Google

ACTUS FIDEI.

Mon Dieu, je crois fermement tout ce que croit & enſeigne la ſainte Égliſe, parce que c'eſt vous, ô mon Dieu, qui l'avez révélé, & que vous êtes la Vérité même.

ACTUS SPEI.

Mon Dieu, j'eſpere en vous, parce que vous êtes fidele dans vos promeſſes, & que vos miſéricordes ſont infinies.

ACTUS CHARITATIS.

Mon Dieu, je vous aime de tout mon cœur, parce que vous êtes infiniment aimable; & j'aime mon prochain comme moi-même pour l'amour de vous.

Adhiberi etiam poteſt hæc formula brevior.

Mon Dieu, je crois en vous, parce que vous êtes la Vérité même: j'eſpere en vous parce que vos miſéricordes ſont infinies: je vous aime de tout mon cœur, parce que vous êtes infiniment aimable; & j'aime mon prochain comme moi-même pour l'amour de vous.

QUOD ſpectat Benedictionem cum Indulgentia plenaria concedendam Fidelibus in mortis articulo conſtitutis, juxta Conſtitutionem Benedicti Papæ XIV, quæ incipit Pia mater Eccleſia, *datam Romæ, 5 Aprilis 1747, obſervanda ſunt ea quæ ſequuntur. Primò nullus Sacerdos præfatam Indulgentiam applicare poteſt, niſi fuerit ad hoc ſpecialiter delegatus: 2°. neceſſe eſt ut æger priùs ſacramentali Confeſſione mundatus & ſacrâ Communione refectus fuerit: 3°. ſi æger ſit mentis compos, ſtudeat Sacerdos eum excitare ad novos de admiſſis peccatis Actus doloris emittendos, concipiendoſque ferventiſſimæ in Deum charitatis affectus, præſertim verò ad ipſam mortem æquo animo de manu Domini ſuſcipiendam; hoc enim maximè opus in hujuſmodi articulo conſtitutis à ſummo Pontifice injungitur, per quod ſe ad Indulgentiæ fructum conſequendum præparent: 4°. ſi æger linguæ & ſenſuum uſu ſit deſtitutus, vel in delirium aut amentiam inciderit; Indulgentia nihilominùs ei poterit applicari, modò eam, dum ſanâ mente integriſque ſenſibus eſſet, poſtulaverit, aut veriſimiliter poſtulaturus fuiſſe judicetur.*

Hæc eſt autem prædictæ Indulgentiæ applicandæ forma, quam præſcripſit Benedictus XIV.

Sacerdos Infirmi cubiculum ingrediens, dicit:

Pax huic dómui,

℟. Et ómnibus habitántibus in ea.

Deindè Infirmum, cubiculum & aſtantes aſpergit Aquâ-benedictâ, dicens:

Aſperges me, Dómine, &c.

Poſteà ſubjungit:

℣. Adjutórium ✠ noſtrum in nómine Dómini,

℟. Qui fecit cœlum & terram. *Pſ.* 123.

Ant. Ne reminiſcáris, Dómine, delicta fámuli tui (*vel* ancillæ tuæ); neque vindictam ſumas de peccátis ejus. *Tob.* 3.

Kyrie, eléiſon. ℟. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.

Secretò Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem;

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Salvum fac ſervum tuum (*vel* ancillam tuam),

℟. Deus meus, ſperantem in te. *Pſ.* 85.

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam;

℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101.

℣. Dóminus vobiſcum;

℟. Et cum ſpíritu tuo.

ORÉMUS.

CLEMENTISSIME Deus, Pater miſericordiárum, & Deus totíus conſolatiónis, qui néminem vis perire in te credentem atque ſperantem; ſecundùm multitúdinem miſeratiónum tuárum réſpice propítius fámulum tuum *N.*, quem (*vel* fámulam tuam *N.*, quam) tibi vera Fides & Spes chriſtiána commendant. Viſita eum (*vel* eam) in ſalutári tuo; & per Unigéniti tui Paſſiónem & Mortem, ómnium ei delictórum ſuórum remiſſiónem & véniam clementer indulge; ut ejus ánima, in hora éxitûs ſui, te júdicem propítiátum invéniat, & in ſánguine ejuſdem Fílii tui ab omni mácula ablúta, tranſire ad vitam mereátur perpétuam; Per eumdem Chriſtum Dóminum noſtrum.

℟. Amen.

Tunc, factâ ab Infirmo vel ab uno ex aſtantibus Confeſſione generali, Confiteor, &c. *Sacerdos dicat* Miſereátur, &c. *Deindè:*

Digitized by Google

DOminus noſter Jeſus Chriſtus, Filius Dei vivi, qui beáto Petro Apóſtolo ſuo dedit poteſtátem ligandi atque ſolvendi, per ſuam piíſſimam miſericórdiam recípiat confeſſiónem tuam, & reſtituat tibi ſtolam primam, quam in baptíſmate recepiſti; & ego facultáte mihi ab Apoſtólica Sede tributa, Indulgéntiam plenáriam & remiſſiónem ómnium peccatórum tibi concédo. In nómine Patris ✠, & Filii, & Spíritûs ſancti. Amen.

PEr ſacro-ſancta humánæ regeneratiónis myſtéria, remittat tibi omnípotens Deus omnes præſentis & futúræ vitæ pœnas, Paradíſi portas apériat, & ad gáudia ſempiterna perdúcat. Amen.

Benedícat te omnípotens Deus, Pater ✠, & Fílius, & Spíritus ſanctus. Amen.

Si verò Infirmus adeò ſit morti proximus, ut, neque Confeſſionis generalis formulam præmittere, neque preces recitare per tempus liceat, ſtatim Sacerdos Indulgentiam impertiatur, dicens: Dominus noſter, &c. *ut ſuprà.*

JAM verò, quamvis ægrum vox defecerit, omnique ſenſu deſtitutus videatur, non tamen facilè credendum eſt eum animi judicio atque interiore ſenſu omninò carere. Quinimò, etiamſi jam non loquatur, nec videat, minimè idcircò uſu auditûs excidit; è contrario, in his rerum anguſtiis acutior & ſubtilior eſſe exiſtimatur ſenſus audiendi. Et quidem non pauci fuêre, qui cùm, ſive ſubitaneo, ſive diuturnum morbum ſequente ſenſuum ſtupore univerſo opprimerentur, atque etiam mortui haberentur, omnia circum ſe dicta audierunt & intellexerunt, eaque, ex illo miſerrimo ſtatu inſperatò excitati & de portis mortis reducti, per ſingula capita recenſuerunt. Dum igitur curis opportunè ſubminiſtratis foventur, dum imprimis, etiamſi mortui videantur, prudens circa illos funereis linteis involvendos ac tumulandos adhibetur cunctatio, non abs re erit, nec ſemper infructuoſum, ſi Sacerdos verba ſalutis, hortamenti & ſolatii, dulcia & interrupta, ſubmiſſâ voce ad ipſos dirigat. Quæ ſi non audiant, non indè aliud ſequetur incommodum; ſi verò, ut

nonnunquam fieri demonſtrat experientia, & ſenſu interno & uſu auditûs vigeant, ingens forſan infelici animæ quam circumdant mortis ancipitis dolores, adjumentum afferetur.

Et certè in tremendo illo conflictu, multæ ſæpiùs recrudeſcunt inimici ad prædam circumeuntis molitiones, quæ totam laborantis animam commotoſque ſenſus fortaſsè occupant. Itaque apud moribundum ingeminanda ſunt conſolatoriæ charitatis auxilia, quibus irritæ efficiantur artes mali dæmonis, eum in deſperationis atque adeò ſupplicii ſocietatem pertrahere concupiſcentis. Hinc religiosè adhibenda ſunt quæcumque arma Fidelibus ex hac vita deceſſuris ſuppeditat pia mater Eccleſia: quidquid videlicet ejus Precibus conſecratum eſt, id maximo in pretio habet humilis & ſimplex Fides, id ſummoperè formidant inferni ſpiritus. Hinc moribundus Aquâ illâ identidem aſpergendus eſt, ſuper quam Eccleſia Exorciſmos & Preces uſque adeò efficaces in nomine Dei omnipotentis profudit. Hinc pariter accendendus coram ipſo Cereus benedictus, figura ſcilicet fidei, charitatis & fiduciæ, quibus inſtructa ſponſa fidelis, anima Chriſtiana, Sponſo cœleſti obviàm debet exire. Hujuſmodi ſignis Religione ſacris peſſimos humanæ ſalutis inimicorum inſtinctus atque aſſultus procul arceri omninò poſſe quis dubitet?

Moribundo inſuper offeratur JESU *crucifixi effigies, exemplum videlicet patientiæ perfectiſſimæ, ac totum Chriſtiani perfugium: hæc ipſi ad oſculum, ſuggeſtâ brevi Aſpiratione, porrigatur, ut potè inſtrumentum ſalutis, gratiarumque & benedictionum fons uberrimus: ipſe demùm inducatur ad ſacra Domini vulnera cum fiduciæ gratique animi affectu vividiſſimo adoranda; invitetur ad hæc verba, ſi minùs voce, ſaltem corde proferenda:* JESU, miſerere meî: JESU, ne derelinquas me: JESU, in adjutorium meum intende: *aut ſimilia, quibus excitetur & ad ſupremum uſque halitum foveatur moribundi fides & fiducia: quem ad finem conducere ſimiliter poterunt* ſelecti Litaniarum *ſancti Nominis* JESU *&* Beatæ MARIÆ verſiculi, *adhibitâ in his omnibus linguâ vernaculâ, ſi Latinam non intelligat moribundus.*

DENIQUE *reminiſcendum Sacerdoti eſt, præcipuum auxi-*

Digitized by Google

lium Fidelibus in hoc deficientis vitæ articulo præſtandum, eſſe orationem. Fervidas igitur pro moribundo fundat preces cum aſtantibus; qui quidem ad hoc opus eximiæ charitatis ipſo propriæ utilitatis motu impellendi ſunt, propoſitâ quadraginta dierum Indulgentiâ quam aſſequi poteſt quicumque Deum piè oraverit pro Fidelibus in vitæ exitu conſtitutis, aut ſaltem pro ipſis Orationem Dominicam & Salutationem Angelicam ſemel recitaverit. Ipſe verò inducendus eſt Infirmus, ut votis pro ſe ad Deum fuſis comitem adjungat ſuam pietatem.

Itaque, cùm primùm Infirmus agoniæ *anguſtiis conflictari incipit, vel quandò periculum eſt ne improviſò moriatur, Sacerdos illi opem ferens, vel, eo abſente, quivis, etiam Laïcus, Preces recitet inferiùs deſcriptas, quibus animam commendet à corpore mox digreſſuram. Non verò expectandum eſt donec Infirmus obmutuerit, jamque nullo, ſaltem apparenti, vigeat animi judicio, ut apud illum recitentur eæ Preces tam piæ & tam conſolatoriæ; ſed fundendæ ſunt, cùm Infirmus eas adhùc audire poteſt, Eccleſiæque intentioni ſuam adjungere intentionem.*

Digitized by Google

ORDO

COMMENDATIONIS ANIMÆ

ANTE DECESSUM.

CUM Infirmus in finem proximum vergere incipiet, jubebit Sacerdos accendi Cereum benedictum, Infirmi lectum aſperget Aquâ-benedictâ, JESU crucifixi effigiem ei ad oſculum offeret, eum paucis, ſed unctione delibutis verbis exhortans ut ſalutem æternam Chriſti meritis conſecuturum ſe firmiter ſperet. Deindè Crucem coram ipſo collocabit, ut Salvatorem in ipſa morientem intuens, vivâ fiduciâ erigatur. Poſtremò in genua provolutus cum omni aſtantium cœtu, ſequentes Preces cum ipſis diſtinctè pièque recitabit.

KYRIE, eléiſon. ℣. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.

Sancta María,	Ora pro eo (*vel* ea.)
Sancte Míchaël,	ora.
Omnes ſancti Angeli & Archángeli Dei,	oráte.
Sancte Abel,	ora.
Omnis chorus Juſtórum,	ora.
Sancte Abraham,	ora.
Sancte Joannes-Baptiſta,	ora.
Sancte Joſeph,	ora.
Omnes ſancti Patriarchæ & Prophétæ Dei,	oráte.
Sancte Petre,	ora.
Sancte Paule,	ora.
Sancte Andréa,	ora.
Sancte Joannes,	ora.
Omnes ſancti Apóſtoli & Evangeliſtæ,	oráte.
Omnes ſancti Diſcípuli Dómini,	oráte.
Omnes ſancti Innocentes,	oráte.
Sancte Stéphane,	ora.
Sancte Laurenti,	ora.
Sancte Diónyſi cum ſóciis tuis,	ora.
Sancti Coſma & Damiáne,	oráte.

Omnes

Omnes ſancti Mártyres, oráte.
Sancte Grégori, ora.
Sancte Auguſtíne, ora.
Sancte Martíne, ora.
Sancte Marcelle, ora.
Omnes ſancti Pontífices & Doctóres, oráte.
Sancte Clodoalde, ora.
Sancte Benedicte, ora.
Sancte Franciſce, ora.
Sancte Ludovíce, ora.
Sancte Roche, ora.
Omnes ſancti Sacerdótes & Levítæ, oráte.
Omnes ſancti Mónachi & Eremítæ, oráte.
Omnes ſancti Laïci, oráte.
Sancta Anna, ora.
Sancta María Magdaléne, ora.
Sancta Thecla, ora.
Sancta Lúcia, ora.
Sancta Genovéfa, ora.
Sancta Mónica, ora.
Omnes ſanctæ Vírgines & Víduæ, oráte.
Omnes Sancti & Sanctæ Dei, Intercédite pro eo (*vel* ea.)
Propítius eſto, Parce ei, Dómine.
Propítius eſto, Adjuva eum (*vel* eam), Dómine.
Propítius eſto, Líbera eum (*vel* eam), Dómine.
Ab ira tua, líbera.
A mala morte, líbera.
A poteſtáte diáboli, líbera.
A pœnis inferni, líbera.
Per Nativitátem tuam, líbera.
Per Agóniam tuam, líbera.
Per Crucem & Paſſiónem tuam, líbera.
Per Mortem & Sepultúram tuam, líbera.
Per glorióſam Reſurrectiónem tuam, líbera.
Per admirábilem Aſcenſiónem tuam, líbera.
Per grátiam Spíritûs ſancti Paracléti, líbera.
In die judícii, líbera.

Peccatóres, Te rogámus, audi nos.
Ut ei parcas, te rogámus, audi nos.
Kyrie, eléiſon. ℟. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.

Deindè, cùm in agone ſui exitûs anxiatur anima, dicitur:

PROFICISCERE, ánima chriſtiána, de hoc mundo; In nómine Dei Patris ✠ omnipotentis, qui te creávit; In nómine Jeſu Chriſti ✠ Fílii Dei vivi, qui pro te paſſus eſt; In nómine Spíritûs ✠ ſancti qui in te effúſus eſt. Egredienti de córpore áditus tibi páteat ad Sion montem, civitátem Dei viventis, Jerúſalem cœleſtem, & multórum míllium Angelórum frequéntiam, & Eccléſiam primitivórum qui conſcripti ſunt in cœlis. Exurgat Deus, & diſſipentur omnes poteſtátes tenebrárum: fúgiant cuncta ſpirituália nequítiæ, & ovem pretióſo Chriſti Sánguine redemptam violáre non áudeant. Líberet te à cruciátu Chriſtus, qui pro te crucifixus eſt. Líberet te ab æterna morte Chriſtus, qui pro te mori dignátus eſt: ovem ſuam te bonus paſtor agnoſcat, atque in Electórum ſuórum grege conſtítuat. Redemptórem tuum fácie ad fáciem vídeas; & manifeſtíſſimam beátis óculis aſpícias veritátem in ſécula ſeculórum. ℟. Amen.

COMMENDAMUS tibi, Dómine, ánimam fámuli tui (*vel* fámulæ tuæ); precamurque te, Dómine Jeſu Chriſte, Salvátor mundi, ut propter quam ad terram miſericórditer deſcendiſti, eam in pace ſuſcípias, & in ſinu Abrahæ per manus ſanctórum Angelórum collocáre dignéris. Agnoſce, Dómine Jeſu, creatúram tuam, per te renátam ex aqua & Spíritu ſancto, conſecrátam ſigno Crucis tuæ, nutrítam Córpore & Sánguine tuo, & in Eccléſiæ tuæ ſinu verbo veritátis inſtructam. Ne péreat prétium quod pro ejus æterna redemptióne perſolviſti. Delícta juventútis ejus & ignorántias clementer indulge. Ne memíneris iniquitátum ejus antiquárum, quas ſuſcitávit furor mali deſidérii; ſed memento miſeratiónum tuárum, & glóriæ nóminis tui. Licèt enim peccáverit, támen in te ſperávit & crédidit, teque Deum & Salvatórem ſuum unà cum Patre & Spíritu ſancto fidéliter adorávit. ℟. Amen.

Digitized by Google

PSALMUS 3.

DOMINE, quid multiplicáti ſunt qui tríbulant me? * multi inſurgunt adversùm me.

Multi dicunt ánimæ meæ: * Non eſt ſalus ipſi in Deo ejus.

Tu autem, Dómine, ſuſceptor meus es, * glória mea, & exaltans caput meum.

Voce meâ ad Dóminum clamávi, * & exaudívit me de monte ſancto ſuo.

Ego dormívi, & ſoporátus ſum; * & exurrexi, quia Dóminus ſuſcépit me.

Non timébo míllia pópuli circumdantis me: * exurge, Dómine; ſalvum me fac, Deus meus.

Quóniam tu percuſſiſti omnes adverſantes mihi ſine cauſa, * dentes peccatórum contriviſti.

Dómini eſt ſalus; * & ſuper pópulum tuum benedíctio tua.

Glória Patri, &c.

Kyrie, eléiſon. ℟. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.

Pater noſter, *ſecretò.*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem;

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Salvum me fac, Deus;

℟. Quóniam intravérunt aquæ uſque ad ánimam meam. *Pſ.* 68.

℣. In multitúdine miſericórdiæ tuæ exáudi me,

℟. In veritáte ſalútis tuæ. *Pſ.* 68.

℣. Eripe me de luto, ut non infigar:

℟. Líbera me ab iis qui odérunt me, & de profundis aquárum. *Pſ.* 68.

℣. Non me demergat tempeſtas aquæ, neque abſórbeat me profundum;

℟. Neque úrgeat ſuper me púteus os ſuum. *Pſ.* 68.

℣. Exurge in adjutórium mihi;

℟. Dic ánimæ meæ: Salus tua ego ſum. *Pſ.* 34.

℣. Fac mecum ſignum in bonum, ut vídeant qui odérunt me, & confundantur;

℟. Quóniam tu, Dómine, adjuvísti me, & consolátus es me. *Ps.* 85.

OREMUS.

UNIGENITE & dilecte Fili Dei vivi, qui pro redemptióne mundi voluísti in præsépio nasci, à Judæis reprobári, à Juda proditóre ósculo tradi, vínculis alligári, sicut Agnus ad víctimam duci, flagellis & cólaphis cædi, spinis coronári, cruci affigi, cum scelerátis reputári, & inter acerbíssimos dolóres expiráre; quæsumus ut per has sævíssimas pœnas tuas, & per Crucem ac Mortem tuam, liberáre dignéris fámulum tuum *N.* (*vel* fámulam tuam *N.*) à pœnis inferni, & perdúcere quò perduxísti latrónem pœnitentem tecum crucifixum; Qui cum Patre & Spíritu sancto vivis & regnas Deus.

℟. Amen.

Postea legitur de Passione Domini nostri Jesu Christi. (Ex Matth. Marc. Luc.)

ASSUMIT Jesus Petrum, & Jacóbum, & Joannem secum; & cœpit pavére, & tædére, contristári, & mœstus esse. Tunc ait illis: Tristis est ánima mea usque ad mortem; sustinéte hìc, & vigiláte mecum. Et progressus pusillùm, pósitis génibus, orábat, dicens: Pater, si vis, transfer cálicem istum à me; verúmtamen non mea voluntas, sed tua fiat. Appáruit autem illi Angelus de cœlo, confortans eum. Et prócidit super terram in fáciem suam, orans; & factus in agónia, prolixiùs orábat, ut, si fieri posset, transíret ab eo hora. Et dixit: Abba, Pater, si possibile est, tránseat à me calix iste: ómnia tibi possibília sunt; transfer cálicem hunc à me: sed non quod ego volo, sed quod tu. Et factus est sudor ejus sicut guttæ sánguinis decurrentis in terram.

PSALMUS 69.

DEUS, in adjutórium meum intende: * Dómine, ad adjuvandum me festína.

Confundantur & revereantur, * qui quærunt ánimam meam.

Digitized by Google

Avertantur retrorsùm & erubeſcant, * qui volunt mihi mala.

Avertantur ſtatim erubeſcentes, * qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exultent & lætentur in te omnes qui quærunt te; * & dicant ſemper, Magnificétur Dóminus, qui díligunt ſalutáre tuum.

Ego verò egénus & pauper ſum; * Deus, ádjuva me.

Adjútor meus & liberátor meus es tu; * Dómine, ne moréris.

Glória Patri, &c.

℣. Exaudi, Deus, oratiónem meam, & ne deſpéxeris deprecatiónem meam:

℟. Intende mihi, & exáudi me. *Pſ.* 54.

℣. Cor meum conturbátum eſt in me;

℟. Et formído mortis cécidit ſuper me. *Pſ.* 54.

℣. Timor & tremor venérunt ſuper me;

℟. Et contexérunt me ténebræ. *Pſ.* 54.

℣. Ego autem in te ſperávi, Dómine;

℟. Dixi: Deus meus es tu; in mánibus tuis ſortes meæ. *Pſ.* 30.

℣. Illúmina óculos meos, ne unquam obdórmiam in morte;

℟. Nequandò dicat inimícus meus: Præválui adversùs eum. *Pſ.* 12.

℣. Cuſtódi ánimam meam, & érue me:

℟. Non erubeſcam, quóniam ſperávi in te. *Pſ.* 42.

OREMUS.

DOMINE Jeſu Chriſte, cleméntiam tuam humíliter imploramus, per illam ánimæ tuæ triſtítiam uſque ad mortem, & per agóniam quam, inſtante paſſióne, pertuliſti, quandò factus eſt ſudor tuus ſicut guttæ ſánguinis decurrentis in terram; ſuccurre fámulo tuo (*vel* fámulæ tuæ) in agóne mortis conſtitúto (*vel* conſtitútæ): tuére eum (*vel* eam) in hac hora contra diabólicos incurſus: líbera eum (*vel* eam) à mortis imminentis terróribus; & de peccatórum ſuórum conſciéntia formidantem, fac eum (*vel* eam) de miſericórdiæ tuæ immenſa largitáte ſecúrum (*vel* ſecúram); Qui vivis & regnas Deus. ℟. Amen.

Digitized by Google

PSALMUS 141.

VOce meâ ad Dóminum clamávi; * voce meâ ad Dóminum deprecátus ſum.

Effundo in conſpectu ejus oratiónem meam, * & tribulatiónem meam ante ipſum pronúntio.

In deficiendo ex me ſpíritum meum; * & tu cognoviſti ſémitas meas.

In via hac quâ ambulábam, * abſcondérunt láqueum mihi.

Conſiderábam ad déxteram, & vidébam; * & non erat qui cognóſceret me.

Périit fuga à me; * & non eſt qui requírat ánimam meam.

Clamávi ad te, Dómine; * dixi: Tu es ſpes mea, pórtio mea in terra vivéntium.

Intende ad deprecatiónem meam, * quia humiliátus ſum nimis.

Líbera me à perſequéntibus me, * quia confortáti ſunt ſuper me.

Educ de cuſtódia ánimam meam ad confitendum nómini tuo: * me expectant juſti, donec retríbuas mihi.

Glória Patri, &c.

℣. Vide, Dómine, humilitátem meam, & labórem meum;

℟. Et dimitte univerſa delícta mea. *Pſ.* 24.

℣. Dómine Deus miſerátor & miſéricors, pátiens, & multæ miſericórdiæ, & verax;

℟. Réſpice in me, & miſerére meî. *Pſ.* 85.

℣. Ne derelinquas me, Dómine Deus meus;

℟. Ne diſcéſſeris à me. *Pſ.* 37.

℣. Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ?

℟. Et volábo, & requieſcam. *Pſ.* 54.

℣. Moriátur ánima mea morte Juſtórum;

℟. Et fiant noviſſima mea horum ſimília. *Num.* 23.

OREMUS.

DOmine Jeſu Chriſte, qui per os Prophétæ dixiſti: In charitáte perpétua dilexi te; ídeò attraxi te, miſerans: te súpplices deprecámur per iſtam charitátem quâ dilexiſti nos, ut

Digitized by Google

omnes amaritúdines paſſiónum tuárum quas pro nobis peccatóribus ſuſtinuiſti in Cruce, offerre & oſténdere dignéris Deo Patri pro ánima fámuli tui (*vel* fámulæ tuæ) in hac hora éxitûs ejus; quátenùs cum ipſa miſericórdiùs agátur, quàm ejus peccáta meruérunt; Qui cum códem Deo Patre & Spíritu ſancto vivis & regnas Deus.

℟. Amen.

Finitis Pſalmis & Orationibus (*vel etiam antequàm finiantur*), *ſi inſtet momentum exitûs animæ de corpore, legitur ſuper moribundum quod ſequitur de Paſſione Domini noſtri Jeſu Chriſti.* (Ex Matth. Luc. Joan.)

TENEBRÆ factæ ſunt in univerſam terram uſque in horam nonam, & obſcurátus eſt ſol. Et circa horam nonam clamavit Jeſus voce magnâ, dicens: Eli, Eli lamma ſabacthâni; hoc eſt: Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquiſti me? Póſteà, ſciens Jeſus quia ómnia conſummáta ſunt, ut conſummarétur Scriptúra, dixit: Sítio. Vas ergo erat póſitum, acéto plenum. Et contínuò currens unus ex eis, acceptam ſpóngiam implévit acéto, & impóſuit arúndini, & dabat ei bíbere. Cùm ergò accepiſſet Jeſus acétum, dixit: Conſummátum eſt. Et íterùm clamans voce magnâ, ait: Pater, in manus tuas commendo ſpíritum meum. Et hæc dicens, inclináto cápite, trádidit ſpíritum.

OREMUS.

MEMOR eſto, piíſſime Dómine Jeſu, illíus horæ, in qua de cruce pendens, clamaſti voce magnâ: Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquiſti me? Et íterùm: Pater, in manus tuas commendo ſpíritum meum; & hæc dicens, expiraſti. Per iſtam ergò pretioſíſſimam mortem quæ vita noſtra fuit, obſecrámus cleméntiam tuam, ut non derelinquas in hac hora fámulum tuum (*vel* fámulam tuam), cujus præter te nullus eſt auxiliátor álius; ſed ſuſcípere dignéris ſpíritum ejus, & introdúcere in regnum tuum, ubi te cum Deo Patre & Spíritu ſancto perpétuâ charitáte díligat, & cum Sanctis & Electis in æternum cantet miſericórdias tuas. ℟. Amen.

Digitized by Google

CUM propè erit ut æger extremum ſpiritum exhalet, omnes aſtantes, flexis genibus, Deum pro illo ſervidiùs orabunt. Interim Sacerdos juxta moribundum ſtans, eum Aquâ-benedictâ aſperget, atque admonebit ut, ſi poſſit, dicat JESUS, JESUS, JESUS; *ipſique ſimul in memoriam reducet Indulgentiæ gratiam, ſanctiſſimi hujus Nominis invocationi in articulo mortis annexam. Quòd ſi moribundus omninò loqui non poſſit, Nomen* JESU *ter voce clarâ & intelligibili pronuntiabit Sacerdos, aut pro ipſo quivis alius, prænonito moribundo ut Nomen in quo ſalvandus eſt, ſaltem corde invocet, modò dictam Indulgentiam nihilominùs conſecuturus. Si tempus adhùc ſuperſit, moribundo ſuggeri poterit aliqua ex Aſpirationibus quæ ſuperiùs habentur. Semper autem in ipſo exeuntis animæ articulo Nomen* JESU *propè morientem pluriès à Sacerdote, vel, eo abſente, à quovis alio proferendum eſt.*

Egreſsâ animâ ſtatim dicitur ℟. In te, Dómine, ſperávi, *cum verſibus & Oratione, ut infrà.*

Si autem adhùc anxiatur anima, recitantur ſequentes Pſalmi, vel eorum pars, prout neceſſe erit.

Pſ. 21. Deus, Deus meus, réſpice in me.
Pſ. 34. Júdica, Dómine, nocentes me.
Pſ. 53. Deus, in nómine tuo.
Pſ. 56. Miſerére meî, Deus, ... quóniam in te confidit.
Pſ. 70. In te, Dómine, ſperávi.
Pſ. 85. Inclína, Dómine, aurem tuam.
Pſ. 87. Dómine Deus ſalútis meæ.
Pſ. 90. Qui hábitat in adjutório.
Pſ. 138. Dómine, probaſti me.

¶ *Circa moribundos ea inſuper obſerventur quæ in ſecundo hujuſce Operis volumine dicta ſunt, ubi* de cura morientium; *nec Sacerdos, ſi modò ſui miniſterii ſcopum aſſequi velit, praxim hìc delineatam à theoretice ibi deſcriptâ ſejungat.*

UBI viget pia hæc conſuetudo, aliquot ictibus pulſetur Eccleſiæ Parochialis Campana; quo ſigno intelligant Fideles aliquem è Parochianis in extremo agonizantis animæ articulo eſſe, & ad Deum pro illo deprecandum invitentur. Et verò, qui piè oraverit

oraverit pro Fidelibus in vitæ exitu conſtitutis, etiamſi ſolam Orationem Dominicam cum Salutatione Angelica ſemel recitaverit, eo ipſo, (ut jam dictum eſt) quadraginta dierum Indulgentiam conſequitur; quam quidem Fideli populo denuntient Paſtores. Attamen prædicta Campanæ pulſatio ab hora octava ſerotina uſque ad quartam matutinam omittatur.

ORDO

COMMENDATIONIS ANIMÆ

POST DECESSUM.

EGRESSA animâ, Sacerdos aſpergit corpus Aquâ-benedictâ, & recitat ſequentes Preces.

℟. In te, Domine, ſperavi; non confundar in æternum: accelera ut eruas me; in manus tuas commendo ſpiritum meum: * Redemiſti me, Domine Deus veritatis; illuſtra faciem tuam ſuper ſervum tuum (*vel* ancillam tuam): ſalvum (*vel* ſalvam) me fac in miſericordia tua. ℣. Domine Jeſu, ſuſcipe ſpiritum meum. * Redemiſti me. *Pſ.* 30. *Act.* 7.

Kyrie, eleiſon.
℟. Chriſte, eleiſon. Kyrie, eleiſon.
Pater noſter, *ſecretò.*
℣. Et ne nos inducas in tentationem;
℟. Sed libera nos à malo.

℣. Non intres in judicium cum ſervo tuo (*vel* ancilla tua), Domine; ℟. Quia non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens. *Pſ.* 142.

℣. Domine, exaudi orationem meam; ℟. Et clamor meus ad te veniat. *Pſ.* 101.

℣. Dominus vobiſcum;
℟. Et cum ſpiritu tuo.

OREMUS.

TIBI, Domine, commendamus animam famuli tui N. (*vel* famulæ tuæ N.); ut defunctus (*vel* defuncta) seculo, tibi vivat; & quæ per fragilitatem humanæ conversationis peccata commisit, tu veniâ misericordissimæ pietatis absterge; Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

ERGA RECENS MORTUOS

QUID SIT AGENDUM.

CORPUS indubitanter exanimum honestè componatur, cæteraque observentur quæ, Tomo secundo, in fine Capitis de Cura Morientium *dicta sunt. Cùm autem aris campani funebris sonitus Fidelem recèns defunctum nuntiaverit, qui pro illo Psalmum* De profundis, *terve Orationem Dominicam cum Salutatione Angelica piè religiosèque recitaverint, his quadraginta dierum Indulgentiam concedimus.*

DECET verò quàm maximè ut juxta corpus exanimum, donec sepulturæ mandetur, in oratione perseverent viri Ecclesiastici, Religiosi, aut pii Laïci; qui quidem his precibus uti poterunt:

℟. Domine omnipotens, Deus Israël, anima in angustiis, & spiritus anxius clamat ad te: * Audi, Domine, & miserere, quia Deus es misericors; † Et miserere nostrî, quia peccavimus ante te.

℣. Audi nunc orationem mortuorum Israël. * Audi, Domine. ℣. Requiem æternam. † Et miserere nostrî. *Repetitur* ℟. Domine omnipotens. *Baruch.* 3.

Kyrie, eleison. ℟. Christe, eleison. Kyrie, eleison.

Pater noster, &c. ℣. Et ne nos inducas in tentationem; ℟. Sed libera nos à malo.

Psalm. De profundis, &c. *cum* ℣. Requiem, *in fine.*

Digitized by Google

℣. Quis eſt homo qui vivet, & non videbit mortem?
℟. Eruet animam ſuam de manu inferi? *Pſ.* 88.
℣. Deus noſter, Deus ſalvos faciendi;
℟. Et Domini, Domini exitus mortis. *Pſ.* 67.
℣. Circumdederunt me dolores mortis:
℟. In tribulatione mea invocavi Dominum. *Pſ.* 17.
℣. In pulverem mortis deduxiſti me;
℟. Domine, ne elongaveris auxilium tuum à me. *Pſ.* 21.
℣. Eripe animam meam de morte;
℟. Ut placeam tibi in regione vivorum. *Pſ.* 114.
℣. Educ me de tenebris & umbra mortis;
℟. Et vincula mea diſrumpe. *Pſ.* 106.
℣. Educ de cuſtodia animam meam ad confitendum nomini tuo:
℟. Me expectant juſti, donec retribuas mihi. *Pſ.* 141.
℣. Ecce oculi Domini ſuper metuentes eum;
℟. Ut eruat à morte animas eorum. *Pſ.* 32.
℣. Mors peccatorum peſſima:
℟. Redimet Dominus animas ſervorum ſuorum. *Pſ.* 33.
℣. Pretioſa in conſpectu Dómini,
℟. Mors Sanctorum ejus. *Pſ.* 115.
℣. Domine, exaudi orationem meam;
℟. Et clamor meus ad te veniat. *Pſ.* 101.
(℣. Dominus vobiſcum;
℟. Et cum ſpiritu tuo.)

OREMUS.

ABSOLVE, quæſumus, Domine, animam famuli tui N. (*vel* famulæ tuæ N.) ab omni vinculo delictorum; ut, in reſurrectionis gloria, inter Sanctos & Electos tuos reſuſcitatus (*vel* reſuſcitata) reſpiret; Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Deindè recitari poterunt variæ partes Officii pro Mortuis, ſecundùm varias diei noctis-ve horas; deindè Pſalmus 118, Beati immaculati in via, *&c. vel alii Pſalmi, prout ſuaſerit pietas. Poterunt etiam piæ lectiones intermiſceri.*

Quibus autem id muneris impoſitum fuerit, eo modo ſe gé-

rant, qui dictus est, Tomo secundo, in fine Capitis de Cura Morientium.

NEMO, in consuetis casibus, tumulabitur, nisi post elapsas à decessu horas quatuor & viginti. In casu autem mortis repentinæ, vel eos sequentis morbos qui longam solent sensuum defectionem inducere, expectabitur saltem usque ad horam quadragesimam-octavam; ne, per imprudentem accelerationem, horrendum adeatur periculum hominis vivi pro mortuo ad quatuor pedum altitudinem defodiendi.

¶ *ORDO Exequiarum & Officium Defunctorum propriis in Libris habentur.*

CUM Defuncti Corpus è decessûs Parochia in alienam Ecclesiam transfertur; adveniente Corpore, Pastor vel Superior Ecclesiæ in quam transfertur, in Navi aderit Superpelliceo indutus, & Stolâ nigri coloris, comitante suo Clero, vel suâ Communitate, cum Cruce & Aqua-benedicta; ibique ad partem Choro viciniorem Corpus excipiet. Parochus autem vel Sacerdos illud offerens, eum his aut similibus verbis alloquetur:

ANNUIMUS votis Defuncti clarissimi, Pastor vigilantissime. Rogavit, dum viveret, ut Corpus suum, digressâ meliorem ad vitam Animâ, terræ mandaretur apud Vos, (eodemque cum propinquis tumulo conderetur; voluit scilicet postremum hoc ac perenne amoris in eos sui monimentum relinquere, & simul cum eis reditum expectare ad vitam immortalem, quibuscum naturæ ac fidei vinculis fuerat arctissimis conjunctus.) Mortales igitur ipsius Vobis tradimus exuvias, è terra vestra olim de corruptione in æternam incorruptionem sublevandas. Religionis officium est, in Scripturis sacris commendatum, curare mortuorum funera, ipsosque in eum quem elegerint sepulturæ locum inferre. » Verùm (ut San- » cti Augustini verbis utamur) illa quæ adjuvant spiritus » Defunctorum, oblationes, orationes, erogationes, multò » pro eis observantiùs, instantiùs, abundantiùs impendant » qui suos carne, non spiritu mortuos, non solùm carna-

» liter, ſed etiam ſpiritaliter amant. » Sed cùm, eodem auctore, illa ſubſidia non proſint, niſi iis » qui ita vixerunt ante » mortem, ut poſſint eis hæc utilia eſſe poſt mortem; » teſtamur Vobis, Paſtor vigilantiſſime, Defunctum noſtrum chariſſimum iis ſe, dum in vivis eſſet, digniſſimum præbuiſſe. Non ſolùm enim in Catholicæ-Romanæ Eccleſiæ communione vixit & mortuus eſt, verùm etiam Chriſtianarum virtutum operibus, cœleſtium Sacramentorum participatione, magnoque pietatis ſenſu quo diem obiit ſupremum, ſeſe omnibus commendabilem exhibuit. Quamobrem ſuppliciter à Vobis petimus, ut Chriſtianâ, quam apud Vos optavit, illum ſepulturâ donetis, admittatis in partem ſuffragiorum veſtrorum, quibus ſe plurimùm confidere declaravit, ac potiſſimùm ejus memineritis ad Altare, undè, cum pia ſancti Auguſtini matre & univerſa Eccleſia, credidit » diſpenſari Victi- » mam ſanctam, quâ deletum eſt chirographum quod erat » contrarium nobis.»

Tum Parochus, vel Superior Eccleſiæ ad quam Corpus Defuncti delatum fuerit, his aut ſimilibus verbis reſpondebit:

QUOD apud nos Corpus deponitis, Paſtor vigilantiſſime, hoc pergrato animo excipimus. Ingreſſus eſt vir clariſſimus viam univerſæ carnis: *redit ſpiritus ad Deum qui fecit illum, & revertitur pulvis in terram de qua ſumptus eſt*, iterùm in noviſſimo die ad vitam excitandus. Solutus carnis vinculis, coram ſupremo judice jam ſtetit ſpiritus, de iis quæ geſſit dum in vivis ageret, rationem reddidit; & bonorum operum merito, præſertim verò ſacrorum quibus munitus eſt Myſteriorum gratiâ, miſericordiam à Deo, ut ſperare licet, conſecutus eſt, adhùc forſan luendæ pro delictis pœnæ piacularis debitor. Corpus ſuum, in terris laborum meritorumque ſocium, & mercedis futurum aliquandò particeps, tumulari voluit apud nos (in domo ſepulcri patrum ſuorum.) Poſtulat à nobis æquitas, Paſtor vigilantiſſime, ut vota ejus exequentes, & memores propenſiſſimæ illius quâ Eccleſiam noſtram dilexit, voluntatis, animæ pariter & corpori debita Religionis officia perſolvamus. Solemnes ideò Ritus adhibebimus, ad ſepe-

Digitized by Google

liendum Corpus quod Spiritûs ſancti templum fuit, & Sacramentorum uſu conſecratum: Animam verò ſublevare conabimur omnibus quæ penès nos fuerint, ſubſidiis; & ſalutare imprimìs Sacrificium pretii noſtri ad obtinendam ejus felicitatem offeremus.

Si ſit fœmina, mutatur genus ubicumque mutandum eſt.

Si Corpus in Eccleſiam Regularium transferatur, Superrem illud excipientem compellando, dicitur: Reverende Pater.

Si Paſtori aut Sacerdoti Corpus offerenti viſum fuerit gallicè loqui, ut à Fidelibus aſtantibus intelligatur; eâdem linguâ reſpondebit Paſtor aut Sacerdos, vel Superior, Corpus excipiens: id quod nempè exigit æquabilitatis ratio.

ORDO

CLERICOS FACIENDI

PER TONSURAM.

Si quandò Nobis, aut alteri, de noſtra licentia, Epiſcopo ſeſe occaſio dederit, aliquem primâ Tonſurâ initiandi, & deſit Liber Pontificalis; ipſius loco erit hoc Volumen.

CLERICUS fieri poteſt etiam extra Miſſam, qualibet die & horâ.

PARENTUR forcipes ad tondendos cujuſque initiandi capillos. Singuli Superpelliceum brachio ſiniſtro gerant, Cereum verò manu dexterâ, & ſinguli nominatim appellati reſpondeant: Adſum.

Qui cùm ſedenti Pontifici genibus advoluti fuerint, cum Mitra ſurgit Pontifex, & dicit:

℣. Sit nomen Dómini benedictum,
℟. Ex hoc nunc & uſque in ſéculum.
℣. Adjutórium ✠ noſtrum in nómine Dómini,
℟. Qui fecit cœlum & terram.

[*Si unus tantùm adſit Clericali Tonſurâ initiandus, Orationes, &c. dicuntur in ſingulari.*]

OREMUS, fratres chariſſimi, Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum pro his fámulis ſuis, qui ad deponendum comas cápitum ſuórum pro ejus amóre feſtínant, ut donet eis Spíritum ſanctum, qui hábitum

Digitized by Google

Religiónis in eis in perpétuum conſervet, & à mundi impedimento ac ſeculári deſidério corda eórum defendat; ut, ſicut immutantur in vúltibus, ita déxtera manus ejus virtútis tríbuat eis incrementa, & ab omni cæcitáte ſpirituáli & humána óculos eórum apériat, & lumen eis æternæ grátiæ concédat. Qui vivit & regnat cum Deo Patre in unitáte ejuſdem Spíritûs ſancti Deus, per ómnia ſécula ſeculórum. ℟. Amen.

Poſt hæc, ſedente Pontifice, recitatur ſequens Antiphona & Pſalmus.

Ant. Tu es, Dómine, qui reſtítues hæreditátem meam mihi.

PSALMUS 15.

CONSERVA me, Dómine, * quóniam ſperávi in te.

Dixi Dómino: Deus meus es tu; * quóniam bonórum meórum non eges.

Sanctis qui ſunt in terra ejus, * mirificávit omnes voluntátes meas in eis.

Multiplicátæ ſunt infirmitátes eórum: * póſtea acceleravérunt.

Non congregábo conventícula eórum de ſanguínibus; * nec memor ero nóminum eórum per lábia mea.

Dóminus pars hæreditátis meæ & cálicis mei: * tu es qui reſtítues hæreditátem meam mihi.

Funes cecidérunt mihi in præcláris; * etenim hæréditas mea præclára eſt mihi.

Benedícam Dóminum qui tríbuit mihi intellectum: * ínſuper & uſque ad noctem increpuérunt me renes mei.

Providébam Dóminum in conſpectu meo ſemper; * quóniam à dextris eſt mihi, ne commóvear.

Propter hoc lætátum eſt cor meum, & exultávit lingua mea: * ínſuper & caro mea requieſcet in ſpe.

Quóniam

Quóniam non derelinques ánimam meam in inferno, * nec dabis ſanctum tuum vidére corruptiónem.

Notas mihi feciſti vias vitæ ; adimplébis me lætítiâ cum vultu tuo : * delectatiónes in déxtera tua uſque in finem.

Glória Patri, &c. Sicut erat, &c.

Repetitur Antiphona : Tu es, Dómine.

Incæpto Pſalmo, Pontifex unicuique extremos capillos abſcindit in quatuor locis : ſcilicet in fronte, in occipitio, & ad utramque aurem ; deindè in medio capite : & quod ex iis abſciſſum eſt, in pelvim deponit. Unuſquiſque verò, cùm tondetur : dicit :

DOMINUS pars hæreditátis meæ & cálicis mei : tu es qui reſtítues hæreditátem meam mihi.

Tonſis omnibus, ſurgit Pontifex, & ſtans versâ facie ad illos, dicit :

OREMUS.

PRÆSTA, quæſumus, omnípotens Deus, ut hi fámuli tui, quorum hódiè comas cápitum pro amóre divíno depóſuimus, in tua dilectióne perpétuò máneant ; & eos ſine mácula in ſempiternum cuſtódias. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. Aperto capite.

℟. Amen.

Tunc recitatur Antiphona ſequens : quâ quidem incœptâ, ſedet Pontifex, operto capite.

Ant. Hi accípient benedictiónem à Dómino, & miſericórdiam à Deo ſalutári ſuo ; quia hæc eſt generátio quæréntium Dóminum.

PSALMUS 23.

DOMINI eſt terra, & plenitúdo ejus, * orbis terrárum, & univerſi qui hábitant in eo.

Quia ipſe ſuper mária fundávit eum, * & ſuper flúmina præparávit eum.

Quis aſcendet in montem Dómini? * aut qui ſtabit in loco ſancto ejus?

Innocens mánibus, & mundo corde; * qui non accépit in vano ánimam ſuam, nec jurávit in dolo próximo ſuo.

Hic accípiet benedictiónem à Dómino, * & miſericórdiam à Deo ſalutári ſuo.

Hæc eſt generátio quæréntium eum, * quæréntium fáciem Dei Jacob.

Attóllite portas, príncipes, veſtras; & elevámini, portæ æternáles: * & introíbit Rex glóriæ.

Quis eſt iſte Rex glóriæ? * Dóminus fortis & potens, Dóminus potens in prælio.

Attóllite portas, príncipes, veſtras; & elevámini, portæ æternáles: * & introíbit Rex glóriæ.

Quis eſt iſte Rex glóriæ? * Dóminus virtútum ipſe eſt Rex glóriæ.

Glória Patri, &c. Sicut erat, &c.

Deindè repetitur Antiph. Hi accípient, &c. *Quâ finitâ, ſurgit Pontifex; & ad Altare converſus, aperto capite, dicit:* Orémus. *Et Miniſtri dicunt:* Flectámus génua. ℟. Leváte. [*A Sabbato Sancto uſque ad Sabbatum Quatuor-Temporum Pentecoſtes, ad Orationes non dicitur* Flectámus génua, *nec* Leváte, *ſed tantùm* Orémus.]

Et mox ad novos Clericos in genua provolutos converſus Pontifex, dicit:

ADESTO, Dómine, ſupplicatiónibus noſtris, & hos famulos tuos benedícere ✠ dignáre, quibus in tuo ſancto nómine hábitum ſacræ Religiónis impónimus; ut, te largiente, & devóti in Eccléſia tua perſíſtere,

Digitized by Google

& vitam percípere mereántur æternam. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Tum ſedet Pontifex; & Superpelliceum manu accipiens, dicit ſingulis:

Induat te Dóminus novum hóminem, qui ſecundùm Deum creátus eſt in juſtítia & ſanctitáte veritátis. Operto capite.

Et ſtatim illud ſingulis imponit, eadem verba iterans: Induat te, *&c. Poſteà ſurgit; verſuſque ad illos, dicit:*

OREMUS.

OMNIPOTENS ſempiterne Deus, propitiáre peccátis noſtris, & ab omni ſervitúte ſeculáris hábitûs hos fámulos tuos emunda; ut, dum ignomíniam ſeculáris hábitûs depónunt, tuâ ſemper in ævum grátiâ perfruantur; ut, ſicut ſimilitúdinem corónæ tuæ eos geſtáre fácimus in capítibus, ſic tuâ virtúte hæreditátem ſúbſequi mereantur æternam in córdibus. Qui cum Patre & Spíritu ſancto vivis & regnas Deus, per ómnia ſécula ſeculórum. Aperto capite.

℟. Amen.

Deindè ſedet Pontifex, eoſque his verbis alloquitur:

FILII chariſſimi, animadvértere debétis quòd hódiè de foro Eccléſiæ facti eſtis, & privilégia Clericália ſortíti eſtis: cavéte ígitur ne propter culpas veſtras illa perdátis; & hábitu honeſto, boniſque móribus atque opéribus, Deo placére ſtudeátis. Quod ipſe vobis concédat per Spíritum ſanctum ſuum. Operto capite.

℟. Amen.

Digitized by Google

Subjungit Pontifex :

SINGULI ad primam Tonſúram ordináti, dícite ſemel ſeptem Pſalmos pœnitentiáles, cum Litaniis, Verſículis & Oratiónibus; & omnipotentem Deum pro me oráte.

His dictis, ſuggerente Archidiacono vel alio Miniſtro; Tonſurâ initiati ad ſua loca redeunt.

Digitized by Google

ORDO
CELEBRANDI SPONSALIA.

QUIBUS erunt contrahenda Sponſalia per verba de futuro, in Eccleſiam Parochialem venient, comitantibus Patribus, Matribus, Tutoribus vel Curatoribus, ſi quos habeant, &, quantùm fieri poterit, aliquot Teſtibus. Tum Parochus, Vicarius, aliuſve Presbyter, de conſenſu Paſtoris, Superpelliceo indutus, Stolâque albi coloris ornatus, præcedente Clerico, aliove miniſtro qui Librum hunc, cum Aqua-benedicta & Aſpergillo, paratum teneat, procedet ad Deſponſandos, in Navi aliove publico Eccleſiæ loco ſtantes, virum ad dexteram, mulierem verò ad ſiniſtram; ſic nempè ut vir ſtet adversâ facie ad lævam Sacerdotis, mulier autem ad dexteram. Circumſtantibus, ſi neceſſe fuerit, modeſtiam & ſilentium præcipiet Sacerdos. Tum, accepto hoc Rituum Libro, Deſponſandos interrogabit, nullo, quotiès nominandi erunt, neque præmiſſo, neque adjuncto honoris titulo, quacumque dignitate præfulgeant. Sic igitur utrumque ſimul nomine & cognomine vocatos alloquetur:

Vous *N.* & vous *N.* promettez & jurez à Dieu de répondre la vérité aux interrogations que je vais vous adreſſer ? Operto capite.

Reſpondeat uterque : Oui, Monſieur, je le promets & le jure.

Sacerdos. Faites-vous profeſſion de la Foi & Religion Catholique, Apoſtolique & Romaine ? & voulez-vous y vivre & mourir, moyennant la grace de Dieu ?

℟. Oui, Monſieur.

Digitized by Google

S. Êtes-vous de cette Paroiſſe? & depuis quand?

℟. . . . .

S. Ne connoiſſez-vous point entre vos perſonnes quelque empêchement qui vous rende inhabiles à vous faire mutuellement promeſſe de Mariage?

℟. . . . .

N'avez-vous point contracté Mariage avec quelqu'autre perſonne? ou n'avez-vous point promis de le contracter?

℟. . . . .

S. N'êtes-vous point liés par quelque vœu de Religion, ou de chaſteté, ou de continence? ou n'avez-vous point fait vœu de ne pas vous marier?

℟. . . . .

S. N'êtes-vous point parens ou alliés l'un de l'autre, dans les dégrés auxquels il eſt défendu de contracter Mariage?

℟. . . . .

[*In Sacerdotis prudentia erit ut, juxta Partium ætatem & ſtatum, tribus interrogationibus ſequentibus utatur, vel eas omittat.*]

S. N'y a-t-il point entre vous quelque alliance ſpirituelle? c'eſt-à-dire, l'un de vous n'a-t-il point baptiſé ou tenu l'autre ſur les Fonts de Baptême? ou n'avez-vous point tenu quelque enfant l'un de l'autre ſur les Fonts de Baptême?

℟. . . . .

S. Vos peres & meres, ou vos tuteurs, ou autres de qui vous dépendez, conſentent-ils que vous vous faſſiez mutuellement promeſſe de Mariage?

℟. . . . .

Digitized by Google

S. Vous préſentez-vous ici avec une entiere liberté, & ſans y être contraints par menaces, par violence, ou par autorité ?

℟. . . . . .

Habitâ utriuſque convenienti reſponſione ad ſingula interrogata, & ſi aliundè conſtet nullum intercedere Impedimentum, nec deficere liberum conſenſum ; Deſponſandos jubebit dextras jungere, & dicet viro per nomen & cognomen appellato :

N. Vous promettez & jurez devant Dieu & en face de ſa ſainte Egliſe, que vous prendrez pour votre Femme & légitime Epouſe *N.* ici préſente, lorſque par elle vous en ſerez requis, & qu'il ne s'y trouvera aucun empêchement légitime ? Operto capite.

℟. Oui, Monſieur.

Poſteà dicet mulieri, ſimiliter per nomen & cognomen appellatæ :

Et vous auſſi, *N.*, vous promettez & jurez devant Dieu & en face de ſa ſainte Egliſe, que vous prendrez pour votre Mari & légitime Epoux *N.* ici préſent, lorſque par lui vous en ſerez requiſe, & qu'il ne s'y trouvera aucun empêchement légitime ?

℟. Oui, Monſieur.

Tum Parochus, ſignum Crucis, in loco deſignato, ſuper ipſos exprimens, dicet : Aperto capite.

Et ego mútuam veſtram promiſſiónem recípio & benedíco, In nómine Patris ✠, & Fílii, & Spíritûs ſancti. Amen.

Deindè ipſos, & aſtantes, aſperget Aquâ-benedictâ. His demùm aut ſimilibus verbis Exhortationem ad Deſponſatos habebit :

Digitized by Google

Operto capite. L'ENGAGEMENT que vous venez de contracter à la face des saints Autels, MON CHER FRERE ET MA CHERE SŒUR, sans être indissoluble comme celui du Mariage, vous lie cependant aux yeux de Dieu & des hommes. Vous ne pourriez, sans vous rendre coupables d'injustice, manquer aux promesses que vous vous êtes faites mutuellement, à moins d'y être déterminés par les raisons les plus fortes, & qui fûssent même approuvées par l'Eglise. Mais plus le moment approche où votre union doit recevoir le sceau de la Religion, plus aussi vous devez vous respecter l'un & l'autre; plus vous devez purifier vos ames, veiller sur vous-mêmes, régler les pensées de votre esprit, les desirs & les mouvemens de votre cœur; afin de ne pas vous exposer à profaner un Sacrement que JESUS-CHRIST a institué pour sanctifier les hommes. Non-seulement vous devez le recevoir avec une conscience purifiée par le Sacrement de la réconciliation, mais l'Eglise pense assez favorablement de votre piété, pour croire qu'à l'exemple des premiers Fideles, vous vous y serez disposés plus parfaitement encore, en vous approchant de la sainte Eucharistie. Prenez garde, M. C. F. & M. C. S., d'éloigner Dieu de votre Mariage, & de changer en malédictions les bénédictions que le Seigneur est prêt à répandre sur vous. Evitez avec soin tout ce qui peut être contraire à la pudeur & à la modestie Chrétienne: fuyez toutes les occasions qui pourroient être funestes à votre innocence: loin de vous ces joies tumultueuses & insensées des enfans du siecle, hélas! si ordinaires dans ces circonstances, & qui sont néanmoins si indignes du caractere auguste de Chrétien. Consacrez, M. C. F. & M. C. S., le court intervalle qui vous reste jusqu'à la cérémonie sainte de votre Mariage, consacrez-le, nous vous en conjurons, à la retraite & au recueillement. Pensez à l'importance de l'engagement que vous êtes à la veille de contracter; songez qu'il est irrévocable, & qu'il doit décider de votre prospérité dans le tems, & de votre bonheur dans l'éternité. Efforcez-vous donc de vous rendre le Ciel propice par la ferveur de vos prieres,

par

par la pureté de vos vues, & par la ſainteté de vos diſpoſitions.

Subjunget Sacerdos, prout ipſi ſuggeſſerit prudentia :

L'Egliſe vous défend d'habiter dans la même maiſon, juſqu'à ce que votre Mariage ait été célébré.

IN PAROCHIALES Actorum Codices non referuntur Sponſalia (niſi fortè poſteà non celebretur Matrimonium) ; ſed de ipſis mentio fit in Actis Matrimonii.

ORDO
CELEBRANDI MATRIMONII.

PAROCHUS, Vicarius, aliusve Sacerdos, annuente Pastore, Matrimonium celebraturus, de Contrahentium Religione, ætate, statu & conditione, de Matrimonii proclamationibus & de Sponsalibus, nullo sese interponente vel Impedimentum revelante, legitimè peractis, sive per seipsum, sive per Litteras testimoniales certior factus; visis quoque Dispensationibus, si quæ vel à summo Pontifice vel à Præsule Diœcesano impetratæ fuerint; nullo demùm, quod sibi innotuerit, obstante Impedimento; convenienti & non interdicto tempore, nisi super hoc fuerit ritè dispensatum; hæc, instante Matrimonii celebratione, observabit, atque observari providebit.

Horâ datâ (manè scilicet, non post meridiem, nec unquam ante horam quartam matutinam, nisi dispensaverit Ordinarius), Desponsati (1), saltem pridiè confessi, atque insuper, si Confessario visum fuerit, sanctissimæ Eucharistiæ participes facti, &, quantùm fieri poterit, jejuni, cum corporis cultu decenti, à Patribus & Matribus, vel Tutoribus & Curatoribus, si quos habeant, atque à cæteris utriusque sexûs propinquis & amicis honorificè modestèque deducti, ad Ecclesiam Parochialem venient. Tum Parochus Superpelliceum & Stolam albi coloris, vel, si Missam continuò sit celebraturus, Amictum, Albam, Cingulum & Stolam induet; unumque saltem Clericum Superpelliceo insignem, aliumve ministrum, qui hunc Rituum Librum cum Aquâ benedictâ & Aspergillo paratum teneat, comitem habens, ad infimum Altaris majoris gradum accedet, ubi flexis genibus, supremum conjugii auctorem & sanctificatorem orabit aliquantisper, ut in futuros conjuges largissimam gratiæ suæ benedictionem, intermedio quod ipse gerit ministerio, effundat. Posteà surget, procedetque ad Chori introitum, sub sacram JESU crucifixi effigiem, vel ad

(1) Les Fiancés.

Altare-majus consistet, vel ad aliud se conferet, pro loci consuetudine, ubi expectabunt qui erunt Matrimonio jungendi, modestiæ & pietatis exemplum comitibus atque astantibus quod sequi æmulentur, vultu, oculis totoque habitu corporis exhibentes. Pastor deindè, accepto hoc Rituum Libro, stans versâ facie ad Contrahentes, ita ut virum habeat ad sinistram, mulierem verò ad dexteram, oculis ac verbo, si opus sit, requiret num adsint parentes, vel eorum alter, aliive in quorum potestate sunt Contrahentes, si nondùm per ætatem sui juris sint. Prospiciet quoque num astantes componat reverentia modestiaque conveniens; quin etiam, cùm illos amicis verbis admonuerit, declarabit Matrimonium à se neutiquàm celebratum iri, quamdiù non conquieverit tumultus, vel quidquam apparebit quod & loci & Sacramenti dedecebit sanctitatem. Omnibus ritè religiosèque compositis, præsentibus autem, præter Contrahentes, quatuor saltem testibus, sive parentibus & propinquis, sive aliis fide dignis, domicilium in loco habentibus, &, quantùm fieri poterit, subscribendi peritis, Parochus sese in modum salutiferæ Crucis consignans, clarâ & distinctâ voce leget ea quæ sequuntur:

AU NOM DU PERE ✠, ET DU FILS, ET DU SAINT-ESPRIT. Nous vous déclarons, Chrétiens, qu'on a publié par trois jours de Dimanches & de Fêtes, en cette Eglise (*ou* en cette Eglise & celle de *N.*), les Bans du futur Mariage entre *N.* & *N.*, sans qu'il se soit trouvé aucun empêchement ou opposition. Nous vous annonçons pour la derniere fois la résolution qu'ils ont prise de s'unir ensemble par les liens sacrés du Mariage; &, de l'autorité de l'Eglise, nous vous commandons à tous, sous peine d'Excommunication, de déclarer maintenant si vous avez connoissance de quelque empêchement, en vertu duquel ce Mariage ne se puisse légitimement célébrer: nous

a Operto capite;

vous défendons pareillement, ſous la même peine, d'y mettre obſtacle par malice & ſans cauſe.

Nous déclarons auſſi que tous ceux qui ſigneront ou certifieront comme témoins, l'Acte du préſent Mariage, encourroient également l'Excommunication, s'ils étoient capables de ſigner contre leur conſcience, & ſachant que les Parties ſeroient liées par quelque empêchement qui rendroit leur Mariage nul devant Dieu.

Quòd ſi impetrata fuerit Diſpenſatio de aliquo Impedimento publico, de Bannis, de loco, de tempore celebrandi Matrimonii; eam manu præferet, expreſſiſque verbis declarabit, & diſtinctè leget; ne, ipsâ ignoratâ, ſcandalum ſuboriatur, vel dubium. Tum, brevi interpoſitâ morâ, ſi nemo contradicat, hæc ſubjunget:

Aperto capite. Puiſqu'il n'y a rien qui empêche de procéder à la célébration de ce Mariage, nous prierons Dieu qu'il daigne ratifier le deſſein & bénir l'alliance de ces deux futurs Epoux, pour la gloire de ſon ſaint Nom, & pour le ſalut de leurs ames.

De la part de Dieu tout-puiſſant, & de l'autorité de la ſainte Egliſe, Nous déclarons excommuniés tous ceux & celles qui uſeroient de ſortilége pour empêcher l'uſage du Mariage que ces deux Fideles vont contracter.

Poſteà Exhortationem his aut ſimilibus verbis, pro conditione perſonarum, ad Contrahentes habebit:

Operto capite. LE MARIAGE, MON CHER FRERE & MA CHERE SŒUR, a été inſtitué par Dieu même dès l'origine du monde, pour unir deux Epoux par des liens auſſi chaſtes qu'indiſſolubles. Si les hommes, ayant *corrompu leurs voies*, ont oublié dans la ſuite l'excellence de cette union; ſi elle a été déshonorée par

Digitized by Google

les diſſolutions des Payens ; ſi, parmi les Juifs, elle ne s'eſt pas maintenue dans toute ſa perfection; J.C. l'a rétablie dans ſon état primitif: & non-ſeulement il a déclaré cette alliance une & indiſſoluble, comme elle l'étoit par ſon inſtitution, mais encore il l'a élevée à la dignité de Sacrement. Le Mariage des Chrétiens eſt donc une ſociété ſainte que le Sauveur des hommes a conſacrée par ſa grace, afin de multiplier par elle les enfans de la Foi, & de former dans le ſein de ſon Egliſe les héritiers de ſon Royaume. C'eſt une alliance dont on ne peut ſuffiſamment exprimer la dignité : » l'Egliſe, dit un Pere, en forme les nœuds, l'offrande de » notre auguſte Sacrifice la confirme, la bénédiction du » Prêtre y met le ſceau, les Anges en ſont les témoins, le » Pere céleſte la ratifie. » Ter.

L'Apôtre appelle le Mariage *un grand Sacrement* ; grand, à cauſe du myſtere dont il eſt le ſymbole, il repréſente l'union de JESUS-CHRIST avec ſon Egliſe ; grand, par les graces précieuſes dont il eſt la ſource ; grand, par les devoirs ſacrés qu'il impoſe. Telles ſont, M. C. F. & M. C. S., les penſées qui doivent dans ce moment élever vos ames, animer votre foi, exciter votre piété.

MAIS ce ſont principalement les devoirs que ce Sacrement va vous impoſer, qui exigent de votre part les plus ſérieuſes réflexions.

Nous ſommes les enfans des Saints, diſoit autrefois le jeune Tobie à ſon épouſe ; *& nous ne devons pas vivre dans le Mariage comme les nations qui ne connoiſſent point le Seigneur.* Tel doit être, avec encore plus de juſtice, le langage des Epoux Chrétiens. Saints par leur vocation, ils ne doivent s'engager dans le Mariage que par des vues ſaintes : ils doivent y vivre ſaintement, ſelon le Seigneur, & non ſuivant les maximes d'un monde pervers. Reſpectant leurs corps comme les temples vivans de la Divinité, ils doivent prendre garde de ne jamais les profaner par des actions contraires à la ſainteté de leur état : ils doivent rendre leur union honorable par la pureté de leurs mœurs, par une mutuelle & inviolable fidélité : ils doivent enfin, s'il plaît au Ciel de répandre la fé-

Digitized by Google

condité ſur leur alliance, donner à leurs enfans une éducation Chrétienne, & les former à la vertu autant par leurs exemples que par leurs inſtructions. Quel ſpectacle que celui de deux Epoux qui s'animent mutuellement à remplir leurs devoirs, & à s'avancer dans la carrière des vertus Chrétiennes ! Ils portent enſemble le joug du Seigneur ; on les voit prier, ſe proſterner, jeûner enſemble ; ils viennent enſemble adorer Dieu dans ſa maiſon ſainte, écouter ſa parole, participer au banquet ſacré ; ils partagent également les biens & les maux, les peines & les conſolations ; ils n'ont qu'un cœur & qu'une ame, & ils s'aiment dès maintenant ſur la terre comme ils s'aimeront un jour dans les Cieux.

Tert.

Vous venez d'entendre, M. C. F. & M. C. S., les obligations communes que vous allez contracter l'un & l'autre : apprenez maintenant celles qui vous ſont particulieres. Epoux, aimez votre Epouſe comme JESUS-CHRIST a aimé ſon Egliſe. Chériſſez-la comme une portion de vous-même : le Ciel vous a donné l'empire ſur elle ; mais qu'une tendre amitié dirige toujours l'uſage de votre puiſſance : » ce n'eſt pas une eſclave, c'eſt une épouſe que vous avez » acquiſe. » Que vos ſoins, vos attentions, vos égards lui faſſent oublier ou plutôt aimer ſa dépendance. Et vous, Epouſe, ſoyez ſoumiſe à votre Epoux, comme l'Egliſe eſt ſoumiſe à JESUS-CHRIST : *l'Epoux*, dit l'Apôtre, *eſt le chef de l'Epouſe, comme JESUS-CHRIST eſt le chef de l'Egliſe.* Que votre douceur écarte tout ce qui pourroit altérer la paix qui doit regner entre vous ; que votre modeſtie, qu'une aimable pudeur lui réponde conſtamment de votre cœur & de votre fidélité. Songez que la vertu eſt infiniment plus précieuſe que tous les agrémens extérieurs. *La beauté*, dit le Sage, *n'eſt qu'un avantage frivole & trompeur ; la femme qui craint le Seigneur, mérite ſeule des éloges : elle ſera la joie de ſon époux, & elle lui fera paſſer dans la paix toutes les années de ſa vie.*

S. Ambr. Exameron. l. 4. c. 15.

Eph. 5. 23.

Prov. 31. 30.

Eccli. 26. 2.

EN rempliſſant fidelement toutes ces obligations, Epoux Chrétiens, vous vous concilierez le reſpect & l'eſtime des gens de bien, vous ferez deſcendre ſur vous & ſur votre poſtérité les bénédictions du Ciel, & vous trouverez dans

Digitized by Google

votre union une ſource de bonheur en ce monde, en même tems qu'elle ſera pour vous un puiſſant moyen de ſalut. Puiſſiez-vous, M. C. F. & M. C. S., après des jours coulés dans la paix, n'être enfin ſéparés l'un de l'autre, que pour vous réunir à jamais dans le ſein du Dieu d'Abraham, d'Iſaac & de Jacob!

Hìc addere poterit Sacerdos, ſi, priùs audito abſolutiſſimæ prudentiæ judicio, perſpectâque Contrahentium pietate, addendum cenſuerit:

Les premiers Fideles, dociles aux avis du grand Apôtre, obſervoient, d'un conſentement mutuel, une exacte continence aux jours où ils participoient à la ſainte Euchariſtie, dans les grandes ſolemnités, & tous les jours conſacrés au jeûne & à la pénitence: nous vous exhortons de ſuivre, à leur exemple, un conſeil conforme à la ſainteté de la Religion que vous profeſſez, à la pureté avec laquelle des Chrétiens doivent en pratiquer les exercices, & à l'eſprit de pénitence dont ils doivent être animés.

PERACTA Exhortatione, à Sponſo poſtulabit Sacerdos Annulum & Nummum vel Nummos, eoſque in pelvim depoſitos benedicet hoc modo:

℣. Adjutórium ✠ noſtrum in nómine Dómini, Aperto capite
℟. Qui fecit cœlum & terram. *Pſ.* 123.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam;
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobiſcum;
℟. Et cum ſpíritu tuo.

OREMUS.

BENEDIC ✠, Dómine Deus noſter, nuptiálem hunc Annulum; ut quæ ipſum geſtáverit, íntegram ſuo Sponſo fidem cuſtódiens, ſecundùm voluntátem tuam in conjugáli caſtitáte ſemper vivat, & cum

Digitized by Google

electis Fœminis partem accípere mereátur æternam; Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

OREMUS.

OBLATOS étiam, Dómine, in signum constitútæ dotis Nummos sanctífica ✠; & ut benè Sponsa dotétur, cœléstibus eam ínstrue documentis, & connubiálibus pérfice virtútibus; Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Deindè Annulum & Nummos Aquâ benedictâ in modum Crucis aspérget.

Tum jubébit Sacerdos Sponsum & Sponsam dextras jungere. Quo factò, Sponsum nomine & cognomine, sine ulla honoris appellatione, sic alloquétur:

Operto capite. *N.* Vous déclarez, reconnoissez & jurez devant Dieu & en face de sa sainte Eglise, que vous prenez maintenant pour votre Femme & légitime Epouse *N.* ici présente?

℟. Oui, Monsieur.

Sacerdos. Vous promettez & jurez de lui garder fidélité en toutes choses, comme un fidele Époux le doit à son Epouse, selon le commandement de Dieu?

℟. Oui, Monsieur.

Deindè Sponsam similiter alloquétur:

Et vous, *N.* vous déclarez, reconnoissez & jurez aussi devant Dieu & en face de sa sainte Eglise, que vous prenez maintenant pour votre Mari & légitime Epoux *N.* ici présent?

℟. Oui, Monsieur?

Sacerdos.

Digitized by Google

Sacerdos. Vous promettez & jurez de lui garder fidélité en toutes choſes, comme une fidele Epouſe le doit à ſon Epoux, ſelon le commandement de Dieu ?

℟. Oui, Monſieur.

Attendet Sacerdos diligenter an uterque Contrahens, Sponſa imprimìs, maximè verò ſi hæc ſit junior, clarè dilucidèque. reſpondeant, nullumque de ſuo libero & voluntario conſenſu dubium relinquant. Si enim vel leviſſimè appareret alterutrum non plenè integrèque conſentire, non ultrà eſſet progrediendum. Quòd ſi verò nullus emineat dubio locus, Cæremoniam proſequetur in hunc modum.

Acceptum è pelvi Nummum, vel Nummos, tradet Sponſo, qui eos in dexteram Sponſæ manum deponet, hæc proferens verba ſibi à Sacerdote ſuggeſta :

N. Je vous doue du douaire dont il a été convenu entre vos parens & les miens, duquel ces deniers ſont la marque & la repréſentation.

Si nulli ſint parentes & propinqui, Sponſus dicet :

Je vous doue du douaire dont il a été convenu entre vous & moi, duquel ces deniers ſont la marque & la repréſentation.

Poſteà Sacerdos tradet Annulum Sponſo, qui eum inſeret digito annulari ſiniſtræ manûs Sponſæ, id eſt, ei qui minimo eſt proximus, dicens :

Je vous donne cet anneau en ſigne du Mariage que nous contractons.

Quibus à Sponſo dictis, Sacerdos ſignum Crucis exprimens ſuper manum Sponſæ, dicet :

In nómine Patris, & Fílii ✠, & Spíritûs ſancti. Aperto capite.

℟. Amen.

Et, extensâ manu, dicet:

℣. Dóminus vobiſcum;

℟. Et cum ſpíritu tuo.

OREMUS.

DEus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Jacob, ipſe vos conjugat, impleatque benedictiónem ſuam in vobis. Et ego vos conjungo, in nómine Patris ✠, & Fílii, & Spíritûs ſancti. ℟. Amen.

RESPICE, quæſumus, Dómine, ſuper hos cónjuges; ut benedictiónis tuæ virtúte crefcant & multiplicentur, ac tuæ fidéliter obſequentes voluntáti, in tuo amóre & mútua diléctióne conſeneſcant; Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

His expletis, Sacerdos, ſi ſit ipſe Miſſam celebraturus, in Veſtiarium procedit, Manipulum accepturus, & Caſulam; vel recedit, ſi Sacrificium ab alio Sacerdote ſit offerendum.

Dum hæc geruntur, Sponſus, accepta Sponſæ manu dexterâ, eam ducit ad Sanctuarii ſepta vel gradus; ubi uterque genua flectunt, ut Miſſam piè religioſèque audiant, Sponſus ad dexteram, Sponſa verò ad ſiniſtram, Cereum quiſque ante ſe accenſum habentes, ſi ſit uſus locorum.

Dicitur Miſſa propria in Sponſalibus, *ut in Miſſali; & in ipſa color albus adhibetur.*

Diebus tamen Feſto Duplici-majore aut ſuperioris gradûs impeditis, & intrà Octavas Feſtorum Domini, Miſſa erit de Feſto, vel de Octava, & ſecunda Oratio de Miſſa in Sponſalibus. *Benedictio verò Conjugum (ſi dicenda ſit) ſuo loco dicitur, etiamſi Miſſa ſit de Feſto vel de Octava. Non autem dicitur Præfatio* de Nuptiis, *niſi celebretur Miſſa Sponſalium propria.*

Lecto Offertorio, Sacerdos, acceptâ Patenâ cum Purifi-

catorio, ab Altari deſcendet, eamque ex parte convexa oſculandam præbebit Sponſo & Sponſæ, dicens cuique : Pax tibi; *& uterque (ſi pariter ſit uſus locorum) Cereum ardentem offeret, qui à miniſtro accipietur. Continuò ad Oblationem accedent parentes, ſi adſint; tum propinqui, & quicumque è nuptiali cœtu voluerint. Poſteà reverſus ad Altare, Miſſam proſequetur Sacerdos.*

BENEDICTIO CONJUGUM INTRA MISSAM.

(*HÆc Benedictio quæ ſit inter Orationem Dominicam & Orationem* Libera nos, *omittitur in Matrimonio Viduæ, aut Mulieris quæ extra Matrimonium liberos notoriè ſuſceperit.*

Cùm autem ea Sponſa eſt, ſuper quam recitari poſſit hujuſmodi Benedictio, hæc non omittitur, etiamſi Sponſus iterato connubio jungatur.)

DICTO Libera nos, *repoſitâque ſuper Patenam Hoſtiæ particulâ, Sacerdos, antequàm dicat* Pax Domini, *genuflectit, & ex cornu Epiſtolæ ad Sponſos ſe convertit, ſuper quos ante Altare in genua provolutos extenditur Velum nuptiale albi coloris. Tum, extensâ ſuper eos dexterâ, Clerico vel alio miniſtro hunc Rituum Librum tenente, vel apertum porrigente, mediocri voce recitat ſequentem Orationem, ſine* Dominus vobiſcum.

OREMUS.

PROPITIARE, Dómine, ſupplicatiónibus noſtris; & qui humáni géneris propagatiónem per connúbium ordinaſti, hos cónjuges benigno favóre proſéquere; ut qui, te auctóre, junguntur, te auxiliante ſalventur; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs ſancti Deus, *Tum elatiore voce proſequitur :*

Digitized by Google

Per ómnia ſécula ſeculórum.

℟. Amen.

℣. Dóminus vobiſcum;

℟. Et cum ſpíritu tuo.

℣. Sursùm corda:

℟. Habémus ad Dóminum.

℣. Grátias agámus Dómino Deo noſtro:

℟. Dignum & juſtum eſt.

VERE dignum & juſtum eſt, æquum & ſalutáre; nos tibi ſemper & ubíque grátias ágere, Dómine ſancte, Pater omnípotens, æterne Deus; Qui creatiónis prodígia excellentíſſimo tuæ virtútis ópere conſummans, hóminem ad imáginem tuam feciſti, eíque adjutórium símile ſibi formaſti, ut múlier ex viro mirabíliter ſumpta, huic étiam unâ in carne eſſet perénniter adjuncta; quique illam à te ordinátam ſocietátem eâ prímitùs benedictióne donaſti, quæ ſola nec per delicti originális pœnam, nec per dilúvii eſt abláta ſenténtiam: Deus inſtitúti conjugális auctor atque ſanctificátor, qui ómnia in Chriſto tuo inſtáurans, in quo condíderas univerſa, ſacrum iſtud vínculum ad primigéniam indiſſolúbilis unitátis formam reduxiſti, decernens, quod divínâ ſit ordinatióne conjunctum, non eſſe humánâ temeritáte ſeparandum: Deus, qui connúbium, in eódem Chriſto & in Eccléſia, tantum eſſe Sacramentum voluiſti, ut Chriſti cum Eccléſia ſponſa conjúnctio ineffábilis mortálium ſignarétur fœdere nuptiárum: Deus, quî tuæ providéntiæ gubernáculo ſuáviter ómnia diſpónis; quo jungente, nemo diſſolvet; quo benedicente;

nemo infelicitábit ; horum , quæſumus , ánimos cónjugum ſincérâ junge dilectióne ; & , quibus eos colligaſti , perpétuos nexus bénedic in tua miſeratióne , ſtabilíque aſtringe concórdiâ. * Réſpice propítius , Dómine , ſuper hanc fámulam tuam , quæ maritáli jungenda conſórtio , tuâ ſe éxpetit protectióne múniri. Cœléſtibus erudíta præceptis , ſanctárumque imitátrix Fœminárum , ſit amábilis , ut Rachel , viro ſuo ; ſápiens , ut Rebecca ; fidélis , ut Sara : ſit verecúndiâ gravis , pudóre venerábilis. In fide non ficta , in conſciéntia pura tibi ſérviens , díligat marítum , regat famíliam , & ſeipſam irreprehensíbilem exhíbeat. Sit per virum , ſit per uxórem honorábile connúbium & thorus immaculátus. Sit múlier fœcunda in sóbole ; & ipſa cum viro ſtúdeat regenerátam ſóbolem in diſcíplína & correptióne tua educáre. Ambo ſibi júgiter mútuo ſint exemplo , mútuo adjumento , mútuæ felicitáti : ambo , ſanâ mente , ſano córpore , in multa pace ad longævam ætátem pervéniant , & filios filiórum vídeant ; ambo cœleſtis regni beatitúdinem , non jam mortáles cónjuges , ſed Angelis æquáles facti , grátiæ tuæ præsídio aſſequantur. Per eumdem Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum , qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs ſancti Deus , per ómnia ſécula ſeculórum.

℟. Amen.

* *Si plura ſint conjugia benedicenda , hæc dicuntur in plurali.*

Hic dictis , Sacerdos aſpergit Sponſum & Sponſam Aquâ benedictâ. Tum , remoto Velo , Sacerdos ad medium Altare ſe reflectit , poſito genu , SS. Sacramentum adorat ; & accipiens Hoſtiæ particulam , cum ipſa ter ſignum Crucis exprimit ſuper Calicem , de more dicens : Pax Domini ſit ſemper vobiſcum.

Digitized by Google

Finitâ Oratione Domine Jeſu Chriſte, qui dixiſti, &c. *Sacerdos, porrigente miniſtro, oſculatur Tabellam Pacis, dicens:* Pax tibi frater, & Eccleſiæ ſanctæ Dei. *Poſteà Miniſter Tabellam Sponſo & Sponſæ defert oſculandam, dicens cuique:* Pax tibi. *Quæ quidem Cæremonia obſervatur, etiamſi Miſſa celebretur ſine cantu.*

Poſtquàm Miniſter reſpondit ad Ite, Miſſa eſt, *Sacerdos, antequàm Populo benedicat, converſus ad Sponſum & Sponſam, junctis manibus, dicit:*

DEus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Jacob, qui mútuam inter vos conjúgii fidem adorandi vóluit Sacrifícii oblatióne conſignári, ſemper ſit vobiſcum, ſuamque ſuper vos benedictiónem confirmet; ut conſeneſcátis ambo páriter ſani, & videátis fílios veſtros & fílios filiórum veſtrórum uſque ad tértiam & quartam generatiónem, póſteàque ad cœleſtes Agni núptias perveniátis, adjuvante per grátiam ſuam eódem Dómino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum Patre & Spíritu ſancto vivit & regnat Deus, per ómnia ſécula ſeculórum. ℟. Amen.

Deindè converſus ad medium Altare, dicit: Placeat tibi, ſancta Trinitas, &c. *populoque ſolitam Benedictionem impertitur; ac denique ultimum legit Evangelium.*

[*Si Sponſa prolem ex eo cui nubit, ſuſceperit, proles legitima declarabitur per Veli impoſitionem ſuper Conjuges & Liberos in genua provolutos; ad quos nimirùm converſus Sacerdos poſt* Ite, Miſſa eſt, *& antequàm Populo benedicat, Orationem ſequentem recitabit.*

OREMUS.

DEus, qui peccatóribus ad te confugiéntibus paternum miſericórdiæ tuæ ſinum aperíre dignáris; concep-

Digitized by Google

tum ánimo præſéntium cónjugum dolórem propítius réſpice, & eórum delicto placátus ignoſce; ut proles ex eo ſuſcepta, quæ per Baptiſmum in cœleſtis æternæque hæreditátis ſpem regenerata eſt, ad terrénam temporálemque parentûm hæreditátem adeundam, per hoc miniſtérium noſtrum idónea reddátur, & legítima palàm declarétur; Per Dóminum noſtrum, &c.]

(*Si autem præſentes non ſint Liberi, vel ſcandalum metuatur; neque imponetur Velum, neque dicetur Oratio: nec ideò minùs, Matrimonii virtute, legitimi fient Liberi, ſi fieri poſſint.*)

PERACTA Miſſâ, Matrimonium in Parochiales Actorum Codices referetur; &, ſi qua proles ante Matrimonium ſuſcepta fuerit, quæ per illud poſſit legitima fieri, exprimetur ejus legitimatio, etiamſi ad hanc nulla fuerit adhibita Cæremonia.

BENEDICTIO THALAMI.

IDCIRCO Thalamum benedicit Eccleſia, ut à conjugibus arceatur omnis poteſtas immundi ſpiritûs, utque, divinâ auxiliante gratiâ, Matrimonium honeſtè tractare valeant, & ipſis concilietur gratia fœcunditatis, quæ eſt Matrimonii benedictio.

Quòd ſi igitur, ex laudabili pietate, ſuum Thalamum benedici poſtulent novi conjuges; manè ante convivium nuptiale, ſed nunquam veſpertinis horis fiat hæc Benedictio: cui, præter conjuges, interſint, quantùm fieri poterit, eorum duntaxat pater & mater, ſeu duæ vel tres perſonæ Chriſtianâ gravitate commendabiles. Cùm alii præterea, nec fortè ſatis graves, interſunt; eam Cæremoniam non priùs incipiat Sacerdos, quàm pietatem & modeſtiam, ſi neceſſe videatur, aſtantibus commendaverit: ac ſi eos non ſperet in ea reverentia contineri poſſe, quæ & Matrimonii Sacramento & Eccleſiæ precibus debetur, ejuſmodi Benedictionem omninò prætermittet.

Digitized by Google

Quòd ſi hanc impertiendam prudenter cenſeat, Sponſo & Sponſâ ante lectum nuptialem ſtantibus, Sacerdos Superpelliceo indutus, Stolâque albi coloris deſuper ornatus, comitante Clerico, aliove miniſtro, Aquâ benedictâ Conjuges Thalamumque aſperget, dicens:

Aſperges me, Dómine, hyſsópo, & mundábor; lavábis me, & ſuper nivem dealbábor. *Pſ.* 50.

OREMUS.

VISITA, quæſumus, Dómine, habitatiónem iſtam, & omnes insídias inimíci ab ea longè repelle: Angeli tui ſancti hábitent in ea, qui hos cónjuges in pace cuſtódiant; & benedíctio ✠ tua ſit ſuper eos ſemper. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Deindè alternatim cum miniſtro recitabit

PSALMUM 127.

BEATI omnes qui timent Dóminum, * qui ámbulant in viis ejus.

Labóres mánuum tuárum quia manducábis, * beátus es, & benè tibi erit.

Uxor tua ſicut vitis abundans * in latéribus domûs tuæ.

Fílii tui ſicut novellæ olivárum, * in circúitu menſæ tuæ.

Ecce ſic benedicétur homo * qui timet Dóminum.

Benedícat tibi Dóminus ex Sion, * & vídeas bona Jerúſalem ómnibus diébus vitæ tuæ.

Et vídeas fílios filiórum tuórum, * pacem ſuper Iſraël.

Glória Patri. Sicut erat, &c.

Kyrie, eléiſon. ℟. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.

Pater noſter, *ſecretò.*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem;

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Salvum fac ſervum tuum & ancillam tuam,

℟. Deus meus, ſperantes in te. *Pſ.* 85.

℣. Mitte eis, Dómine, auxílium de ſancto,

℟. Et de Sion tuére eos. *Pſ.* 19.

Eſto

℣. Esto eis, Dómine, turris fortitúdinis,
℟. A fácie inimíci. *Psſ.* 60.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam;
℟. Et clamor meus ad te véniat. *Psſ.* 101.
℣. Dóminus vobíscum;
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

BENEDIC, Dómine, nuptiálem hunc Thálamum, unà cum his conjúgibus ✠; ut in suo connúbio id omne semper devítent quod non decet sanctos, & in castitátis conjugális præmium, felícis grátiam fœcunditátis obtíneant. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Benedícat vos omnípotens Deus, Pater, & Fílius ✠, & Spíritus sanctus. ℟. Amen.

Postèà Sacerdos utrumque Conjugem, & Thalamum, similiterque omnes in cubículo astantes asperget Aquâ-benedictâ; &, pro sua prudentia, illos edocere poterit quorsùm instituta fuerit hæc Thalami Benedictio. His autem aut similibus verbis utetur.

EN FINISSANT cette pieuse Cérémonie, MON CHER FRERE & MA CHERE SŒUR, il est de mon ministere de vous adresser ces paroles remarquables de l'Ange du Seigneur au jeune Tobie: *Le démon impur exerce son pouvoir sur ceux qui, dans leur mariage, banniſſent Dieu de leur eſprit & de leur cœur; & qui ne ſuivent, comme les animaux ſans raiſon, que les mouvemens de leur ſenſualité.* Pour éviter ce malheur, considérez qu'*étant les enfans des Saints, vous ne pouvez pas vivre dans le Mariage comme des païens qui ne connoiſſent point Dieu.* Suivez donc cet avis que l'Apôtre saint Paul donne à tous les Epoux: *Que le mariage ſoit traité de tous avec honnêteté, & que le lit nuptial ſoit pur & ſans tache.*

BENEDICTIO CONJUGUM

In usu Matrimonii sui impeditorum, atque ad Ecclesiæ Preces religioso animo confugientium.

CAVEANT Conjuges qui se maleficio ligatos conqueruntur, ne quemquam suspicentur maleficii auctorem esse, undè malevolo in ipsum animo exardescant. Seipsos potiùs accusent, & sua peccata; Deumque orationibus, jejuniis, eleemosynis, Sacramentorum frequentatione sibi propitium facere studeant. Absit verò ut pietatem & bona opera superstitione inficiant, orationum numerum, dierum delectum, aliasve hujusmodi observantes vanitates supervacuè. *Absit quoque ut maleficium maleficio solvere attentent, sicque Excommunicationem* ipso facto *incurrant, in eos latam qui ad magos, incantatores, vel, denique ad mali dæmonis quamcumque operationem seriò confugiunt.*

Abigendus denique error ille Sacramento insigniter contumeliosus, sicubi adhùc vigeat, ut, ad solvendum maleficium, Matrimonio quod legitimè in facie Ecclesiæ contraxerunt, mutuo consensu renuntient Conjuges impediti, novumque inter se coram alio Sacerdote contrahant, quasi fortunatius futurum: procul sacrilegum hujusmodi perfugium, à malo dæmone, omnium maleficiorum auctore, inventum, ut res sacræ profanis hominibus ludibrio habeantur. Matrimonium enim quod semel ritè contractum est, neque Ecclesiæ auctoritate, neque mutuo Partium consensu rescindi potest, dicente Domino: Quod Deus conjunxit, homo non separet.

Nedùm igitur ullam in præsenti negotio adhibeat superstitionem, imò nullam à Conjugibus impeditis adhiberi sinat puræ atque incorruptæ Religionis zelator Parochus. Quin etiam, pro sua pietate, caveat ne rudiorum hominum credulitati faveat, in rebus merè naturalibus semper immissa sibi maleficia suspicantium. Nunquam autem Ecclesiæ Preces ad solvendum illud quod conqueruntur maleficium adhibeat, quin priùs Dia-

Digitized by Google

ceſanum Antiſtitem conſuluerit, ut, re diligenter expensâ, num ſalvâ earum reverentiâ, & Eccleſiæ dignitate adhiberi poſſint, coram Deo in Chriſto judicet.

Id ſi prudenter nulloque incommodo fieri poſſe cenſeat; Conjuges, admonente Parocho vel Confeſſario, aliquot antè diebus, vel pridiano Cæremoniæ die, ſacrum Pœnitentiæ Tribunal cum requiſitis diſpoſitionibus adeant, auguſtiſſimæque Euchariſtiæ, ſi digni habeantur, participes fiant. Conſtitutâ & non impeditâ die, celebretur Miſſa de Spiritu ſancto, aliave, prout in votis erit illorum pietati. Poſt Miſſam, egreſſis omnibus, iiſque duntaxat remanentibus quos elegerint ipſi Conjuges, Paſtor, vel alius, de Paſtoris conſenſu, Presbyter, depoſitâ Caſulâ, Stolâ & Manipulo, ſuper Albam Stolâ violacei coloris induetur, niſi hujus coloris ſint Ornamenta quibuſcum celebraverit; tunc enim ſolam deponit Caſulam cum Manipulo. Conjuges autem genua flectent ad infimum Altaris gradum; & ſuper ipſos, ſequentes Preces, neque omninò alias, nulloque alio adhibito Ritu, piè religioseque recitabit.

℣. Adjutórium ✠ noſtrum in nómine Dómini,
℟. Qui fecit cœlum & terram. *Pſ.* 123.
℣. Salvum fac ſervum tuum & ancillam tuam,
℟. Deus meus, ſperantes in te. *Pſ.* 85.
℣. Mitte eis, Dómine, auxílium de ſancto;
℟. Et de Sion tuére eos. *Pſ.* 19.
℣. Nihil proficiat inimícus in eis,
℟. Et fílius iniquitátis non appónat nocére eis. *Pſ.* 88.
℣. Eſto eis, Dómine, turris fortitúdinis,
℟. A fácie inimíci. *Pſ.* 60.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam;
℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101.
℣. Dóminus vobíſcum;
℟. Et cum ſpíritu tuo.

OREMUS.

EXAUDI nos, omnípotens & miſéricors Deus; ut, quod noſtro miniſtério géritur, tuæ benedictiónis virtúte impleátur: Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Digitized by Google

OREMUS.

DOMINE Jesu Christe, qui pro nobis homo factus, conjúgium ad Sacramenti dignitátem evexísti, & ipsum tuâ præséntiâ honestáre voluísti; quæsumus ut, per mérita beatíssimæ Vírginis Maríæ matris tuæ, & ómnium Sanctórum, hunc fámulum tuum & hanc fámulam tuam, quos sancto junxísti Matrimónio, benedícere ✠, & ab omni sátanæ infestatióne liberáre dignéris. In nómine Patris, & ✠ Fílii, & Spíritûs sancti. ℟. Amen.

Postea tres Psalmos sequentes alternatim cum ministro recitabit.

PSALMUS 3.

DOMINE, quid multiplicáti sunt qui tríbulant me? * &c. pag. 251.

PSALMUS 90.

QUI hábitat in adjutório Altíssimi, * in protectióne Dei cœli commorábitur.

Dicet Dómino: Suscéptor meus es tu, & refúgium meum; * Deus meus, sperábo in eum.

Quóniam ipse liberávit me de láqueo venántium, * & à verbo áspero.

Scápulis suis obumbrábit tibi, * & sub pennis ejus sperábis.

Scuto circúmdabit te véritas ejus; * non timébis à timóre nocturno.

A sagitta volante in die, à negótio perámbulante in ténebris, * ab incúrsu & dæmónio meridiáno.

Cadent à látere tuo mille, & decem míllia à dextris tuis; * ad te autem non appropinquábit.

Verúmtamen óculis tuis considerábis, * & retributiónem peccatórum vidébis.

Quóniam tu es, Dómine, spes mea; * altíssimum posuísti refúgium tuum.

Non accédet ad te malum, * & flagellum non appropinquábit tabernáculo tuo.

Digitized by Google

Quóniam Angelis ſuis mandávit de te, * ut cuſtódiant te in ómnibus viis tuis.

In mánibus portábunt te, * ne fortè offendas ad lápidem pedem tuum.

Super áſpidem & baſiliſcum ambulábis, * & conculcábis leónem & dracónem.

Quóniam in me ſperávit, liberábo eum; * prótegam eum, quóniam cognóvit nomen meum.

Clamábit ad me, * & ego exáudiam eum.

Cum ipſo ſum in tribulatióne; * erípiam eum, & glorificábo eum.

Longitúdine diérum replébo eum, * & oſtendam illi ſalutáre meum.

Glória Patri, &c. Sicut erat, &c.

Pſalmus 127. Beáti omnes qui timent Dóminum, &c. *ſuprà, pag.* 288.

Kyrie, eléiſon. ℟. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.

Pater noſter, *ſecretò.*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem;

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam;

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíſcum;

℟. Et cum ſpíritu tuo.

ORE MUS.

OMNIPOTENS æterne Deus, qui ſacrum beátæ Maríæ Vírginis úterum mirabíliter fœcundáſti, ut Fílium tuum, verum Deum & hóminem, de Spíritu ſancto concíperet; tuam implorámus cleméntiam, ut hunc fámulum tuum & hanc fámulam tuam benedícere ✠ dignéris, nec diútiùs permittas in ſuo conjúgio impedíri, quóminùs prolem ex eo ſuſcípiant tuo ſancto Nómini ſervitúram. Per eumdem Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Poſtremò Conjuges aſpergat Aquâ-benedictâ.

QUOD ſi, ſuſis hujuſmodi Precibus, Conjuges nihilominùs

Digitized by Google

poſteà maleficium non ſolutum conquerantur; eos hortabitur Parochus aut Confeſſarius ut privatas orationes & bona opera ſervidiùs ingeminent, ſæpiùs ad Pœnitentiæ & Euchariſtiæ Sacramenta ritè pièque diſpoſiti accedant, ſeipſos ſuumque Thalamum Aquâ-benedictâ reſpergant, ad Beatæ Mariæ Virginis integerrimique Sponſi Beati Joſephi interceſſionem multâ fiduciâ confugiant, hiſque & ſimilibus pietatis operibus nullam admiſceant ſuperſtitioſi actûs vel obſervationis maculam. Quæ tandem omnia ſi proſperum exitum non habuerint, ad Diœceſanum Pontificem referatur hujuſmodi cauſa; nihilque, ipſius aut Vicarii-Generalis, vel Officialis injuſſu attentetur, ad Conjuges Impotentiæ obtentu diſſociandos.

Digitized by Google

DE BENEDICTIONIBUS.

BENEDICTIONES ſunt Preces quæ ab Eccleſia ſuper quaſdam res vel perſonas conceptis verbis certoque Ritu funduntur, ut perſonis concilietur divina protectio, & res ab uſu profano ad uſus Religionis tranſeant; utve, Chriſti meritorum reſpectu, dignetur Deus optimus eam revocare maledictionem quæ ex primigenio peccato rebus creatis adhæſit, iiſque Benedictionem illam integrare, quam ipſis inter mundi naſcentis primordia impertitus eſt (*a*). Ad quod ſcilicet obtinendum, invocatur ſanctiſſimum Dei Nomen; quæ quidem invocatio ad hoc inſtituta fuit, ut res creatæ à veteris maledicti contagione expurgatæ, vel ad Domini cultum piè aſſumantur, vel noſtris uſibus nullo corporis aut animæ periculo inſerviant: & hæc invocatio ab iis facta, quos Deus Religionis Miniſtros, pariterque ſuos ad populum internuntios conſtituit, ipſum eſt quod, ſub *Benedictionis* nomine, in Eccleſia Catholica peragitur.

Et certè Benedictiones, non modò à Conciliis & Patribus antiquiſſimis, verùm etiam à ſacris, tùm veteris, tùm novi Teſtamenti Scripturis, atque ab ipſo Dei conditoris & Domini Salvatoris exemplo auctoritatem mutuantur.

Deus nempè creatis rebus ab initio benedixit, novam utique illis perfectionem, vel multiplicationis ſeu propagationis virtutem largiens (*b*). Ipſis quoque hominibus non rarò benedixit (*c*): & Levitici generis Sacerdotibus præcepit ut Nomen Domini ſuper filios Iſraël invocarent, ipſiſque, conſtitutâ expreſſis verbis formulâ, benedicerent; & ſimul eorum Benedictionem ſuâ Benedictione firmaturum ſe pollicitus eſt (*d*). Sic Aaron, *completis hoſtiis pro peccato & holocauſtis, & pacificis* (*e*), *extendens manus ad populum, benedixit ei* (*f*): *ingreſſi autem Moyſes & Aaron in Tabernaculum teſtimonii, & deinceps egreſſi, benedixerunt populo* (*g*).

Præterea, quæcumque in Tabernaculo fœderis ad uſus Religionis &

(*a*) Gen. 1. 22.
(*b*) Gen. 1. 22. 28.
(*c*) Gen. 1. 28. 9. 1. 25. &c.
(*d*) Locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Loquere Aaron & filiis ejus: Sic benedicetis filiis Iſraël, & dicetis eis: Benedicat tibi Dominus, & cuſtodiat te. Oſtendat Dominus faciem ſuam tibi, & miſereatur tui. Convertat Dominus vultum ſuum ad te, & det tibi pacem. Invocabuntque Nomen meum ſuper filios Iſraël, & ego benedicam eis. *Num.* 6. 22. 23. 24. 25. 26. 27.
(*e*) Levit. 9. 22. (*f*) Ibid. (*g*) Ibid. v. 23.

Digitized by Google

ad cultum divinum inservire oportebat, ea Cæremoniis & Unctionibus, Deo jubente, consecrata fuerant (*h*).

Et ipse Christus Dominus ejusmodi Invocationis seu Benedictionis exemplum variis temporibus & locis præbuit. Parvulis qui sibi offerebantur, manus imposuit & benedixit (*i*): panibus & piscibus quos multiplicare volebat, prævium Benedictionem adhibuit (*k*); Panem sumul & Vinum in ultima Cœna per mysticam Benedictionem in suum Corpus & Sanguinem convertit (*l*); duobus Discipulis in castello Emmaüs post Resurrectionem suam, benedicto fractoque Pane, innotuit (*m*); ac denique, priusquàm in cœlum, consummato Redemptionis opere, victor ascenderet, Apostolorum collegio, *elevatis manibus suis, benedixit* (*n*). Hinc manifestum est Christum Jesum & rebus & personis benedixisse, nec immeritò ipsum à nobis agnosci Benedictionum auctorem. Quamvis enim Cæremonias & Preces nunc in Benedictionibus usitatas, neque ab illo, neque ab ejus Apostolis acceperit Ecclesia; non minùs tamen Salvatoris menti omninò consentaneæ existimandæ sunt: qui scilicet, ex eo quòd certis in casibus benedicendi ritum impendit, eumdem in reliquis ab Ecclesiâ Sponsâ, ipsiusque Spiritu gubernatâ, impendi posse haud dubiè præsignavit. Quod quidem intelligendum non obscurè significavit Apostolus, cùm dixit: *Omnis creatura Dei bona est, & nihil rejiciendum quod cum gratiarum actione percipitur; sanctificatur enim per verbum Dei & orationem* (*o*). Si nempè in causa fuit peccatum cur homines rebus creatis naturâ bonis abutantur, per verbum Dei & orationem ad Dominum fusam id efficitur, ut suâ eas benedictione sanctificet, sicque illas ad primitivum suæ institutionis ordinem reducat.

Atque illa consuetudo preces ad Deum fundendi super inanimas res quibus homines ad usus quotidianos utuntur, vel quas ad Dei cultum assumere intendunt, semper deinceps in omnibus Christiani Orbis regionibus viguit, ut patet ex antiquissimis Ecclesiæ Græcæ Eucologiis, & Latinæ Ritualibus Libris. Et verò Aquæ Baptismalis Benedictionem commemorant & laudant Tertullianus (*p*), S. Cyprianus (*q*), S. Ambrosius, vel auctor incertus Librorum *de Sacramentis* (*r*), aliique passim; eamque S. Basilius *cuidam occultæ & tacitæ Traditioni* acceptam refert (*s*). Quin etiam miracula, sive per Aquam benedictam, sive per aliud ab Ecclesia benedictum, purioribus (ut loquuntur) seculis edita, disertè narrant coævi nec dubiæ fidei Auctores (*t*). Nullus demùm, ante Valdenses fanaticos duodecimo seculo tumultuantes, Benedictionum usum rejecit: quorum vestigiis insistentes recentiorum temporum Hæretici, eas

(*h*) Levit. 8.
(*i*) Marc. 10. 13. 16.
(*k*) Marc. 6. 41. (*l*) Matth. 2. 26.
(*m*) Luc. 24. 30. 31. (*n*) Ibid. v. 50.
(*o*) 1 Tim. 4. 4. 5. (*p*) De Bapt. c. 4.
(*q*) Epist. 70. (*r*) Lib. 1. cap. 5.
(*s*) De Spir. sancto, c. 27.
(*t*) S. Epiph. *Hær.* 30. Theod. *Hist. Eccl. lib.* 5. c. 121.

ut

Digitized by Google

ut impium quid & ſuperſtitioſum, imò cujuſdam inſtar magici incantamenti horruerunt: quaſi verò ſuperſtitioſum & magicum ſit, aliquid in honorem Dei ſanctificare; cœleſtem benedictionem in aliquid invocare, ut hoc ipſum in eo ſine ad quem creatum eſt, nobis utilius inſerviat; divinam opem, certo quodam in res aut perſonas adhibito Ritu & precandi modo, implorare. Quid porrò ſanctius, quid Religioni & pietati convenientius, quàm ſi Deus, invocato ejus Nomine, oretur ut acceptam habeat quarumdam rerum oblationem, quæ ipſius cultui dedicantur? ut, pro ſua ſumma bonitate & clementia, non ſinat res quaſlibet humanis uſibus deſtinatas, hominum valetudini nocere, vel æternæ ſaluti impedimentum afferre? ut gratiæ ſuæ ubertatem in quaſdam perſonas effundat, quæ cœleſti auxilio etiam atque etiam indigent; utve eas in periculis quibus obnoxiæ mox futuræ ſunt, præſenti Numine protegat ac tueatur? in quibus tota utique verſatur Benedictionum ſubſtantia; qui multiplex eſt variarum finis Benedictionum quæ in hocce Paſtoralis Volumine inferiùs deſcribentur, quæque idcircò ſummâ veneratione & pietate à Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti Sacerdotibus exequendæ ſunt.

Dividuntur autem Benedictiones, habito reſpectu, ſive finis ad quem referuntur, ſive modi quo peraguntur, ſive eorum ad quos attinet illas peragere.

Benedictionum finis, vel naturalis eſt, vel ſupernaturalis (*a*). Ad priorem ordinem ſpectant Benedictiones Fructuum, aliorumque ſimilium, quorum copia legitimuſque uſus à Deo optimo maximo per orationem poſcuntur; quod ſcilicet perindè licitum & Domino gratum eſt, ac *panem noſtrum quotidianum*, ſicut ipſe injunxit, ab eo poſtulare. Ejuſdem generis ſunt preces quæ funduntur ſuper quaſdam res creatas, ne noceant. Ad poſteriorem ordinem referuntur Benedictiones Salis, Aquæ, Panis, Chriſmatis & ſacrorum Oleorum, Vaſorum, Linteorum atque Ornamentorum divino cultui inſervientium, Imaginum Chriſti, B. Mariæ Virginis, & Sanctorum; item Eccleſiarum, Sacellorum, Cœmeteriorum, &c. Quas quidem res ideò benedicit Eccleſia, ut earum myſticâ ſignificatione ad aliquid ſublimius cogitandum excitemur; utque meminerimus, iis utendo, nobis à divina bonitate ſperandam eſſe gratiarum copiam in Benedictione poſtulatam, ſi rebus benedictis & per Eccleſiæ preces divinique Nominis invocationem conſecratis cum debita fide & reverentia utamur.

Benedictiones exequendi duplex eſt modus. Sunt enim quæ ſolas continent preces; aliæ verò junctis Adjurationibus & Exorciſmis peraguntur, ne ſpiritus maligni rebus illis abutantur, quæ ad Dei gloriam conditæ fuerunt, & quibus ad cultum divinum uti conſtituit Eccleſia. Prioris generis Benedictiones, vel ſine Unctione fiunt, & ſpecialiùs *Bene-*

(*a*) Conſulatur Paul. Maria Quarti, &c.

dictiones vocantur; vel adjunctam habent Unctionem, & ſæpiùs *Conſecrationes* appellantur.

Poſtremò, quoad Benedictionum Miniſtros, aliæ ſunt reſervatæ, aliæ non reſervatæ. Presbyteri quidem in ſua Ordinatione Epiſcopum audiunt ſibi dicentem : *Sacerdotem oportet offerre, benedicere ;* & Epiſcopus eorum manus Oleo ſancto conſecrans, pro ipſis à Deo poſtulat *ut quæcumque benedixerint, benedicantur :* non ideò tamen omnes promiſcuè Benedictiones ſibi vindicare poteſt Ordo Sacerdotalis. Scilicet æquum erat ut qui potiorem in Eccleſia dignitatis gradum obtinent, eas ſoli exequi poſſent, quæ ad aliquid præſtantius referuntur : præterquàm quòd providendum erat ut rectus legitimuſque ordo ſervaretur ; neve ullus, per indecentiam aliudve quodlibet incommodum Religioni adverſum, abuſus irreperet.

Inter Benedictiones Epiſcopis reſervatas, aliæ, ſimplices ſunt Benedictiones, quas Presbyteris committere poſſunt ; Benedictiones v. g. Linteorum & Ornamentorum Sacerdotalium, Eccleſiæ, Sacelli, Cœmeterii, Imaginis publicæ : aliæ, ſunt Conſecrationes, quæ à ſolis Epiſcopis peraguntur, juxta diſciplinam à traditione Apoſtolica derivatam, multiſque Eccleſiæ Canonibus confirmatam ; ſactorum v. g. Oleorum, Eccleſiæ, Altaris, Calicis Conſecrationes.

Non reſervatas Benedictiones exequi poſſunt, neque ſuſpenſi, neque interdicti Presbyteri : tales ſunt Benedictiones Cereorum, Panis, cæterorumque eſculentorum, Domûs, Navis, &c.

Utriuſque generis Benedictionum ordinem ſeparatim deſcribemus. Primò ſcilicet occurrent *Benedictiones Sacerdotales, ſeu non reſervatæ :* 2°. *Benedictiones Epiſcopales*, ſeu *reſervatæ*, quæ à Presbyteris ſpecialem ad hoc facultatem habentibus legitimè peraguntur, & quæ, ſine hujuſmodi expreſsâ facultate, temerè illicitèque uſurparentur.

Presbyteri qui nullum in Eccleſia munus gerunt, nullam in Parochiis Benedictionem, quamvis non reſervatam, niſi ſcientibus & annuentibus Parochis exequi licitè poſſunt. Ipſimet qui facultatem Benedictiones reſervatas exequendi acceperunt, eam exercere non debent, niſi à Paſtoribus locorumve Superioribus rogati.

Superiores Regulares qui in ſuis Ordinibus Indumenta Sacerdotalia benedicendi facultate pollent, hac uti non debent niſi pro ſuis tantùm Eccleſiis ; nunquam autem, ſine noſtra licentia, pro Parochiis, aut aliis quibuſcumque Eccleſiis.

Digitized by Google

BENEDICTIONUM RITUS GENERALES.

1°. *Sacerdos, in Benedictione extra Missam, Superpelliceo sit indutus, & Stolâ cujus color Officio diei sit conveniens, nisi proprius assignetur.*

2°. *Stans semper benedicat, detectoque capite, nisi aliter sit præscriptum.*

3°. *Adsit minister saltem unus decenter vestitus, qui Sacerdoti respondeat.*

4°. *Dum quævis Benedictio peragetur, unus saltem ardeat Cereus.*

5°. *In principio cujusque Benedictionis, cùm nihil aliud injunctum fuerit, in modum salutiferæ Crucis sese consignans, semper dicat:*

℣. Adjutorium ✠ nostrum in nomine Domini,
℟. Qui fecit cœlum & terram. *Ps.* 123.
℣. Dominus vobiscum;
℟. Et cum spiritu tuo.

Deindè, caput inclinans, dicat, Orémus; *tum unam vel plures Orationes recitet, prout fuerit suo loco injunctum; &, eas recitans, manus ante pectus junctas teneat, nisi Libro sustinendo impediantur. Quotiès intrà Orationem occurret Crucis figura* ✠, *signum Crucis manu dextrâ in rem benedicendam exprimat; & in fine, ipsam Aquâ-benedictâ, pariter in modum Crucis, aspergat, nihil dicens, nisi aliquid dicendum præcipiatur. Cùm notabitur incensandam esse rem benedictam, præter ministrum ferentem Vas Aquæ-benedictæ cum Aspergillo, alterum, si fieri possit, habeat, Thuribulum cum Navicula deferentem; dictâque ultimâ Oratione, incensum benedicat, deindè Aquam-benedictam rei quam benedixit, inspergat; ac demùm eam trino ductu incenset.*

6°. *Nihil benedicendum Altari imponatur, nisi sit in Missali aut Pastorali præscriptum; sed benedicenda quæque super*

menſam commodo in loco paratam collocentur, aut ſaltem à miniſtro in vaſe honeſto ſeu linteo mundo ad Benedictionem offerantur.

7°. *Caveat Sacerdos diligenter ne quid temerè benedicat, quod meritò ſuſpicari poſſit ab aliquo ad pravos ſuperſtitioſoſve uſus adhibitum iri; ideòque, cùm res poſtulabit, animum atque intentionem cautè explorabit illius à quo res afferetur benedicenda.*

8°. *Illicitum eſt cuicumque Presbytero ullam, præter eas quæ in hocce Rituum Libro vel in Miſſali occurrunt, Benedictionem propriâ auctoritate, ſive rebus, ſive perſonis adhibere; aut alias, quovis prætextu, Cæremonias vel Preces conſtitutis Benedictionibus admiſcere.*

BENEDICTIONES SACERDOTALES, Seu NON RESERVATÆ.

BENEDICTIO AQUÆ.

℣. Adjutórium ✠ nostrum in nómine Dómini,
℟. Qui fecit cœlum & terram. *Ps.* 123.
℣. Dóminus vobíscum;
℟. Et cum spíritu tuo.

Exorcísmum pronuntians, dextram extendit Sacerdos supra rem exorcizandam.

EXORCISMUS SALIS.

EXorcizo te, sal, creatúra Dei, per Deum ✠ vivum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ sanctum, per Deum, quo inspirante, in fontem aquárum misit te Prophéta Elíseus, ut nóxia sanarétur ipsárum natúra; ut sis ómnibus te suméntibus sánitas ánimæ & córporis, & effúgiat à loco quem tetígeris, omnis nequítia Sátanæ, omnísque immundus spíritus in nómine Dómini adjurátus: Per eum qui ventúrus est judicáre vivos & mórtuos & séculum per ignem.
℟. Amen.

OREMUS.

CLementiam tuam, omnípotens ætérne Deus, humíliter implorámus, ut hoc sal, creatúram tuam, quam in usum humáni géneris tribuísti, benedícere ✠ & sanctificáre ✠ tuâ pietáte dignéris; ut sit ómnibus suméntibus sánitas mentis & córporis; & quidquid ex eo tactum fúerit, omni cáreat immunditiâ & nequítiæ spirituális impugnatióne; Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs sancti Deus, per ómnia sécula seculórum. ℟. Amen.

Digitized by Google

EXORCISMUS AQUÆ.

EXorcizo te, aqua, creatúra Dei, in nómine Dei ✠ Patris omnipotentis, & in nómine Jesu ✠ Christi Fílii ejus Dómini nostri, & procedentis ab utróque Spíritûs ✠ sancti, ut virtútem accípias fugandi omnem insidiantis inimici potestátem; Per eumdem Christum, qui ventúrus est judicáre vivos & mórtuos & séculum per ignem. ℟. Amen.

OREMUS.

DEus, qui ad salútem humáni géneris, omnipoténtiam tuam & grátiam in aquárum præsertim substántiâ magnificásti; adesto propítius invocatiónibus nostris, & elemento huic religiósis purificatiónibus præparáto, virtútem tuæ benedictiónis ✠ infunde; ut creatúra tua mystériis tuis sérviens, ad abigendos dæmones, morbosque pellendos, divínæ grátiæ tuæ sumat effectum; & quidquid in dómibus, vel in locis Fidélium hæc unda respérserit, cáreat omni immunditiâ, liberétur à noxa: non illic resídeat spíritus péstilens, non aura corrumpens: discédant omnes insídiæ latentis inimici: & si quid est quod, aut incolumitáti habitántium invídet, aut quiéti, aspersióne hujus aquæ effúgiat; ut salúbritas per invocatiónem sancti tui nóminis expetíta, ab ómnibus sit impugnatiónibus defensa; Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs sancti Deus, per ómnia sécula seculórum.

℟. Amen.

Hic Sacerdos ter mittit sal in aquam in modum Crucis, dicendo semel:

COmmixtio salis & aquæ páriter fiat, in nómine Patris ✠, & Fílii ✠, & Spíritûs ✠ sancti. ℟. Amen.

Tum sic prosequitur:

℣. Dóminus vobiscum;
℟. Et cum spíritu tuo.

Digitized by Google

OREMUS.

DEus invictæ virtútis, atque inſuperábilis impérii dominátor, qui infenſas nómini tuo vires réprimis, qui rugientis adverſárii nequítiam potenter expugnas; te ſúpplices deprecámur ut hanc ſalis & aquæ commixtiónem benignus aſpícias, pietátis tuæ rore ſanctífices, tuâque virtúte perfundas; ut, ubicumque fúerit aſperſa, per invocatiónem ſancti tui nóminis omnis infeſtátio immundi ſpíritûs abigátur, terrorque inimícæ fraudis longè propulſétur, noſque miſericórdiam tuam implorantes Spíritus tuus bonus & ſuávis præſéntiâ ſuâ protégere dignétur: Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte ejuſdem Spíritûs ſancti Deus, per ómnia ſécula ſeculórum.

℟. Amen.

BENEDICTIO MULIERIS GRAVIDÆ.

SI mulier utero gravis ad Eccleſiæ preces confugiat, ut felicem partum à Deo impetret; Sacerdos ſuper eam in genua provolutam, aut modeſtè ſedentem, Stolâ capiti ejus impoſitâ, leget primò ſequens Evangelium.

℣. Dóminus vobiſcum;

℟. Et cum ſpíritu tuo.

Sequéntia ſancti Evangélii ſecundùm Joannem. *Cap.* 16. *v.* 20. ad 24.

℟. Glória tibi, Dómine.

IN illo témpore, dixit Jeſus diſcípulis ſuis: Amen, amen dico vobis, quia plorábitis & flébitis vos, mundus autem gaudébit; vos autem contriſtabímini, ſed triſtítia veſtra vertétur in gáudium. Múlier cùm parit, triſtítiam habet, quia venit hora ejus; cùm autem pepérerit púerum, jam non méminit preſſúræ, propter gáudium, quia natus eſt homo in mundum. Et vos ígitur nunc quidem triſtítiam habétis; ítemùm autem vidébo vos, & gaudébit cor veſtrum; & gáudium veſtrum nemo tollet à vobis. Et in illo die me non rogábitis

quidquam. Amen, amen dico vobis, ſi quid petiéritis Patrem in nómine meo, dabit vobis. Uſque modò non petiſtis quidquam in nómine meo: pétite, & accipiétis, ut gáudium veſtrum ſit plenum. ℟. Laus tibi, Chriſte.

Sacerdos extremam Stolæ partem mulieri oſculandam præbebit, dicens:

Evangélium virtus Dei ſit in ſalútem tibi credenti.

℟. Amen.

Tum ſequentia recitabit:

℣. Intret in conſpectu tuo orátio mea, Dómine:

℟. Inclína aurem tuam ad precem meam. *Pſ.* 87.

℣. De neceſſitátibus meis érue me:

℟. Vide humilitátem meam & labórem meum. *Pſ.* 24.

℣. Cuſtódi ánimam meam, & érue me:

℟. Non erubeſcam, quóniam ſperávi in te. *Pſ.* 24.

℣. Dómine, exáudi, &c.

℣. Dóminus vobiſcum, &c.

OREMUS.

DOMINE Deus, ómnium creátor, qui fiduciáliter ad te clamantes bonus & miſéricors de omni malo líberas; quique glorióſæ Vírginis Maríæ corpus & ánimam, ut dignum Fílii tui habitáculum éffici mererétur, Spíritu ſancto cooperante, præparaſti, & Joannem-Baptiſtam in útero matris ſanctificaſti, atque in gáudio exultáre feciſti: exáudi preces & vota fámulæ tuæ N. humíliter ſupplicantis pro conſervatióne prolis quam ei concípere dediſti; ut, tuâ juvante miſericórdiâ, ad hanc lucem véniat incólumis, ſanctæ regeneratiónis grátiam percípiat, & vitam cónſequi mereátur ætérnam. Per eumdem Dóminum noſtrum, &c. ℟. Amen.

Deindè mulieri benedicat, his verbis:

Benedíctio Dei ✠ omnipotentis ſuper te deſcendat; ut ánima tua illi vivat, & ſemen tuum ſérviat ipſi. ℟. Amen.

Poſtremò eam aſpergat Aquâ-benedictâ.

¶ *Quòd ſi mulier gravida Miſſam pro ſua & concepti fœtûs incolumitate celebrari cupiat, ſumi poterit Miſſa votiva de Beata Maria Virgine.*

BENEDICTIO

BENEDICTIO INFANTIS.

SI Infans benedicendus offeratur, Sacerdos primò leget sequens Evangelium.

℣. Dóminus vobiſcum;
℟. Et cum ſpíritu tuo.
Sequéntia ſancti ✠ Evangélii ſecundùm Marcum. *cap.* 10. *v.* 13. *ad* 16.
℟. Glória tibi, Dómine.

IN illo témpore, offerébant Jeſu párvulos, ut tángeret illos. Diſcípuli autem comminabantur offeréntibus. Quos cum vidéret Jeſus, indignè tulit, & ait illis: Sínite párvulos veníre ad me, & ne prohibuéritis eos; tálium enim eſt regnum Dei. Amen dico vobis: Quiſquis non recéperit regnum Dei velut párvulus, non intrábit in illud. Et complexans eos, & impónens manus ſuper illos, benedicébat eos.
℟. Laus tibi, Chriſte.

Sacerdos extremam Stolæ partem ori Infantis oſculandam admovet; poſteà dicit:

℣. Deus noſter miſerétur;
℟. Cuſtódiens párvulos Dóminus. *Pſ.* 114.
℣. Dómine, exáudi, &c.
℣. Dóminus vobiſcum; &c.

OREMUS.

DOMINE Jeſu Chriſte, qui in témpore Infans eſſe voluiſti, & hujus ætátis díligens innocéntiam, párvulos tibi oblátos amanter complexus es, iiſque benedixiſti; Infantem iſtum præveni in benedictiónibus dulcédinis, & præſta, ne malítia mutet intellectum ejus; eique concéde, ut proficiens ætáte, ſapiéntiâ & grátiâ, ſemper tibi & homínibus placére váleat; Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitáte, &c.
℟. Amen.

Benedíctio Dei omnipotentis, Patris ✠, & Fílii, & Spíritûs ſancti, deſcendat ſuper te, & máneat ſemper.

℟. Amen.

Poſtremò Sacerdos aſpergit Infantem Aquâ-benedictâ.

℣ *Quòd ſi parentes Miſſam pro ſalute Infantis celebrari cupiant, ea convenienter legetur quæ occurrit 2 Februarii in Præſentatione Domini & Purificatione B. M. V. omiſſo in Collecta* hodiernâ die. *Poſt Miſſam verò, ad gradus Altaris à Sacerdote benedicetur Infans Ritu ſupradicto.*

BENEDICTIO PEREGRINORUM

Ad Loca ſancta proficiſcentium.

PEREGRINI ad Loca ſancta profecturi, antequàm diſcedant, juxta vetus Eccleſiæ inſtitutum, commendatitias Litteras accipere debent à ſuo Pontifice, vel Parocho: quibus impetratis, & rebus ſuis diſpoſitis, factâ peccatorum ſuorum Confeſſione, & auditâ Miſſâ pro peregrinantibus, ſeu diei cum oratione pro ipſis, ſanctiſſimam Euchariſtiam, ſi conſcientiæ moderatori viſum fuerit, ſuſcipiunt.

Peractâ Miſſâ, ſuper eos in genua provolutos recitantur (vel *canuntur*) *ſequentes preces.*



Ant. Non det. 3. a. *Pſ.* Qui hábitat, *pag.* 292.



Non det in commo-ti-onem Do- minus pedem



tu- um, neque dormi- tet qui cuſto- dit te: Do-



Kyrie, eléiſon.
℟. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.
Pater noſter, *ſecretò*.
℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem;
℟. Sed líbera nos à malo.
℣. Greſſus veſtros dírigat Dóminus ſecundùm elóquium ſuum;
℟. Ut non dominétur vobis omnis injuſtitia. *Pſ.* 118.
℣. Utinam dirigantur viæ veſtræ,
℟. Ad cuſtodiendas juſtificatiónes Dómini! *Pſ.* 118.
℣. Perficiat Dóminus greſſus veſtros in ſémitis ſuis,
℟. Ut non moveantur veſtígia veſtra. *Pſ.* 16.
℣. Angelus Dómini bonus comitétur vobiſcum,
℟. Et benè diſpónat itínera veſtra & actus veſtros, ut íterùm cum gáudio revertámini ad própria. *Tob.* 5.
℣. Nihil proficiat inimícus in vobis;
℟. Et fílius iniquitátis non appónat nocére vobis. *Pſ.* 88.
℣. Sit vobis Dóminus turris fortitúdinis,
℟. A fácie inimíci. *Pſ.* 60.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam;
℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101.
℣. Dóminus vobiſcum;
℟. Et cum ſpíritu tuo.

OREMUS.

DEus, qui in te ſperántibus tuâ ſemper miſericórdiâ ſúbvenis; próſperum fámulis tuis iter concéde; ut, te protectóre, te duce, ad deſtinátum pietátis ſuæ locum ſine offenſióne gradiantur.

ADESTO, Dómine, ſupplicatiónibus noſtris, & viam famulórum tuórum in ſalútis tuæ proſperitáte diſpóne; ut inter omnes viæ & vitæ hujus varietátes tuo ſemper protegantur auxílio.

DOMINE ſancte, Pater omnípotens, æterne Deus, qui es ductor ſanctórum, & dirigis itínera juſtórum; de cœlo mitte Angelum pacis cum fámulis tuis, qui eos ad optátum ſuæ peregrinatiónis términum perdúcat: procul ab eis ſit ómnium inimicórum acceſſus, & comes eis eſſe dignétur Spíritus ſanctus.

DEUS, qui in te confidentes paternâ benedictióne cuſtódis; quæſumus ut his fámulis tuis à nobis egredientibus Angeli tríbuas comitátum; ut auxílio tuo protecti, nullíus mali formídine, nullíus adverſitátis incómmodo premantur, nullis páteant inimicórum insídiis; ſed, felíciter conſummáto deſtinátæ viæ currículo, própriis ſédibus incólumes reſtituantur, ac débitas nómini ſancto tuo cum exultatióne réferant gratiárum actiónes; Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

℟. Amen.

Deindè aſpergantur Aquâ-benedictâ.

℣ *Quòd ſi unus tantùm ſit peregrinaturus, omnia dicuntur in numero ſingulari: at ſi Sacerdos ipſe ſocius ſit peregrinationis, dicit in perſona prima numeri pluralis* (nos) *quotiès neceſſe fuerit.*

BENEDICTIO PERÆ ET BACULI.

℣. Adjutórium ✠, &c. ℣. Dómine, exaudi. ℣. Dóminus vobiſcum.

OREMUS.

OMNIPOTENS & miſéricors Deus, cujus Spíritus húmiles præſertim mentes inhabitáre dignátur; hanc péram & hunc báculum, peregrinatiónis atque humilitátis indícium, ad uſus fámuli tui benedícere ✠ dignáre; ut, tuâ illum ubíque protegente grátiâ, & ſuæ peregrinatiónis, & tuórum viam

alácriter currat mandatórum; Per Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Tum aspergantur Aquâ-benedictâ in modum Crucis.

Deindè Sacerdos peram imponat collo peregrinantis, dicens:

Accipe peram ad viáticum peregrinatiónis tuæ, ne desícias in via: *& baculum in manu ejus, dicens:* Accipe hunc báculum ad sustentáculum infirmitátis & levámen labóris; ut ad Sanctórum desideráta límina incólumis pervenire váleas, &, peracto pietátis tuæ cursu, ad nos cum gáudio revertáris.

Angelus Dómini bonus comitétur tecum, & tuum iter benè dispónat Pater, & Fílius ✠, & Spíritus sanctus.

℟. Amen.

BENEDICTIO PEREGRINORUM POST REDITUM.

℣. Adjutórium nostrum ✠ in nómine Dómini,

℟. Qui fecit cœlum & terram. *Ps.* 123.

Ant. Non dedit Do-mi-nus. 8. G.

PSALMUS 120.

LEVAVI óculos meos in montes, * undè véniet auxílium mihi.

Auxílium meum à Dómino, * qui fecit cœlum & terram.

Non det in commotiónem pedem tuum, * neque dormítet qui custódit te.

Ecce non dormitábit, neque dórmiet, * qui custódit Israël.

Dóminus custódit te, Dóminus protéctio tua, * super manum déxteram tuam.

Per diem sol non uret te, * neque luna per noctem.

Dóminus custódit te ab omni malo: * custódiat ánimam tuam Dóminus.

Dóminus custódiat introítum tuum, & éxitum tuum, * ex hoc nunc, & usque in séculum.

Glória Patri, &c.

Digitized by Google

Ant. de 8.



Non dedit Do-minus in commoti-onem pedem

tu-um; Dominus cuſtodi-vit intro- itum tu- um &



e-xitum tu-um. *T. P.* Allelu-ia.

Kyrie, eléiſon,
℟. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.
Pater noſter. *Secretò.*
℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem;
℟. Sed líbera nos à malo.
℣. Benedícti vos à Dómino,
℟. Qui fecit cœlum & terram. *Pſ.* 113.
℣. Réſpice, Dómine, in ſervos tuos;
℟. Et dírige eos in viam mandatórum tuórum. *Pſ.* 89. & 118.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam;
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíſcum;
℟. Et cum ſpíritu tuo.

OREMUS.

OMNIPOTENS ſempiterne Deus, qui vitæ noſtræ momenta in tuæ providéntiæ ſuavitáte diſpónis; fámulos tuos contínuæ tranquillitátis beneficio proſéquere; ut, quos incólumes própriis ſédibus reddidiſti, tuâ ſemper fácias protectióne ſecúros; Per Dóminum noſtrum.

Sacerdos aſpergit Peregrinos Aquâ-benedictâ, dicens:

Pax & benedíctio Dei omnipotentis, Patris ✠, & Fílii, & Spíritûs ſancti deſcendat ſuper vos & máneat ſemper.

℟. Amen.

Digitized by Google

BENEDICTIO METALLI,

Ad conflandam unam vel plures Campanas.

LIQUEFACTO & nondùm fluente metallo, Sacerdos Superpelliceo Stolâque albi coloris indutus, procedit ad fornacem, comitante Clero, præcedente Cruce, & Clerico Vas Aquæ-benedictæ gerente, cum Aſpergillo.

Monitus à Campanario artifice mox aperiendum eſſe fornacis foramen, ut, decurrente metalli rivo, confletur Campana, ſtans, aperto capite, intonat Antiphonam ſequentem.



Ant. Pſallite Do-mino. 5. C.

PSALMUS 97.

CANTATE Dómino cánticum novum, * quia mirabília fecit.

Salvávit ſibi déxtera ejus, * & bráchium ſanctum ejus.

Notum fecit Dóminus ſalutáre ſuum; * in conſpectu géntium revelávit juſtítiam ſuam.

Recordátus eſt miſericórdiæ ſuæ, * & veritátis ſuæ dómui Iſraël.

Vidérunt omnes términi terræ * ſalutáre Dei noſtri.

Jubiláte Deo omnis terra *: cantáte, & exultáte, & pſállite.

Pſállite Dómino in cíthara *, in cíthata & voce pſalmi,

In tubis ductílibus, & voce tubæ córneæ: * jubiláte in conſpectu regis Dómini.

Moveátur mare & plenitúdo ejus; * orbis terrárum, & qui hábitant in eo.

Flúmina plaudent manu, ſimul montes exultábunt à conſpectu Dómini; * quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terrárum in juſtítia, * & pópulos in æquitáte.

Glória Patri, &c.



Ant. Pſallite Do-mino in vo-ce pſal- mi, in



tu- bis ducti- libus. *T. P.* Alle-luia.

℣. Confiteantur tibi, Dómine, omnia ópera tua;
℟. Et ſancti tui benedícant tibi. *Pſ.* 144.
℣. Réſpice in ſervos tuos;
℟. Et opus mánuum noſtrárum dírige. *Pſ.* 89.
℣. Dómine, exáudi, &c.
℣. Dóminus vobiſcum, &c.

OREMUS.

DOMINE Deus omnípotens, cujus Spíritu Eccléſia congregátur; tuam, quæſumus, intercedente Beátâ Maríâ Vírgine cum ómnibus Sanctis, effunde benedictiónem ✠ ſuper hoc opus fuſiónis metalli, tuo ſancto cúltui præparátum; ut fiat ſignum tibi conſecrandum, quo Fidéles in domum ſacrificii & oratiónis propter laudem & glóriam nóminis tui congregentur. Per Chriſtum, &c.

Deindè oſtium fornacis aſpergit Aquâ-benedictâ in modum Crucis.

CAMPANA feliciter conflatâ, Sacerdos intonat Antiphonam ſequentem.



Ant. Secundùm. 8. G.

PSALMUS 47.

MAGNUS Dóminus, & laudábilis nimis, * in civitáte Dei noſtri, in monte ſancto ejus.

Fundátur exultatióne univerſæ terræ mons Sion, * látera Aquilónis, cívitas Regis magni.

Deus in dómibus ejus cognoſcétur, * cùm ſuſcípiet eam.

Quóniam

Quóniam ecce reges terræ congregáti sunt, * convenérunt in unum.

Ipsi vidéntes sic admiráti sunt, * conturbáti sunt, commóti sunt.

Tremor apprehéndit eos: * ibi dolóres ut parturiéntis.

In spíritu vehementi * cónteres naves Tharsis.

Sicut audívimus, sic vídimus in civitáte Dómini virtútum, in civitáte Dei nostri: * Deus fundávit eam in ætérnum.

Suscépimus, Deus, misericórdiam tuam * in médio templi tui.

Secundùm nomen tuum, Deus, sic & laus tua in fines terræ: * justítiâ plena est déxtera tua.

Lætétur mons Sion, & exultent fíliæ Judæ, * propter judícia tua, Dómine.

Circúmdate Sion, & complectímini eam: * narráte in túribus ejus.

Pónite corda vestra in virtúte ejus, & distribúite domos ejus, * ut enarrétis in progénie áltera;

Quóniam hic est Deus, Deus noster in ætérnum, & in séculum séculi: * ipse reget nos in sécula.

Glória Patri, &c.



℣. Sit nomen Dómini benedíctum,

℟. Ex hoc nunc, & usque in séculum. *Ps.* 112.

OREMUS.

QUÆSUMUS, omnípotens & misericors Deus, ut, percepto benedictiónis tuæ múnere, ad grátias majestáti tuæ referéndas júgiter excitémur; Per Dóminum, &c. ℟. Amen.

His dictis, eodem quo venerat ordine revertitur Processio.

DE BENEDICTIONE CAMPANARUM.

QUEM in Eccleſia nunc habemus Æris - Campani uſum, ex eo repetunt Eccleſiaſtici Auctores, quòd olim Deus Moyſi præceperit ut duas faceret tubas argenteas ductiles, quibus multitudinem ad feſtorum dierum & ſacrificiorum ſolemnitates convocaret (*a*).

Campanæ igitur ſigna ſunt & inſtrumenta, quibus Fideles in domum Dei, propter auguſtiſſimi Sacrificii divinorumque Officiorum celebrationem convocantur; ut ad Deum corda erigant, admonentur; ut ejus laudes concinant, ſanctum ipſius Nomen collaudent, ſupernum auxilium in neceſſitatibus implorent, pro infirmis, morientibus & mortuis orent, excitantur.

Non ab omni ævo Chriſtianæ Religionis viguit uſus Campanarum; undè morem eas benedicendi non à primæva deductum antiquitate accepimus. Illum, anno Chriſti 968, à Joanne Papa XII inſtitutum exiſtimavit auctor Annalium Eccleſiaſticorum (*b*): ſed conſtat Campanas, vel qualecumque inſtrumentum cujus ſonitu in Eccleſiam convocabantur Fideles, jam à ſeptimo ſeculo benedici omninò ſolitum fuiſſe (*c*). Ritus verò eas benedicendi habetur in Ordine Romano, quem ante annos octingentos ſcriptum communis eſt eruditorum ſententia.

Quotiès autem benedicendæ occurrent Campanæ, Paſtores, & in Pronao Miſſæ Parochialis, & in ipſo Cæremoniæ procinctu, populum, pro ſua Religione & pietate, diligenter edocebunt quænam ſit Eccleſiæ mens in ea Benedictione, & quid ſpiritualis utilitatis poſſit ex illa percipi. Ac primò quidem ipſum *Baptiſmi* nomen, quo utitur vulgus imperitum, ubi agitur de Benedictione Campanæ, è medio tollere conentur. Sola ſuperſtitio, falſa Religionis imitatrix, fingere potuit, ullam rebus inanimis ſanctitatem propriè dictam atque internam virtutem per Eccleſiæ preces conciliari. Quis credat metallum baptizari, vel adhibitam Aquæ-benedictæ aſperſionem, ſacri Olei & Chriſmatis Unctionem inſtar Sacramenti eſſe, quod in metallo veram ſanctificationem operetur? Sola Hæreſis, quæ ſuperſtitionem & errorem Catholicis gaudet affingere, abſurda hujuſmodi commenta doctrinam Eccleſiæ eſſe contendit. Scilicet ejuſdem generis eſt hæc Benedictio ac cæteroram quæ ad Dei cultum inſerviunt: Templorum v. g. & Altarium, quæ, perindè atque Campanæ, Aquâ-benedictâ reſperguntur, Oleoque ſancto liniuntur, & Sancti vel Sanctæ alicujus nuncupantur nomine, nec tamen propterea illorum Benedictio *Baptiſmus* vocatur. Hæc omnia, & his ſimilia, benedicuntur, id eſt, cultui divino conſecrantur,

(*a*) Num. 10. 10. (*b*) Baronius. (*c*) Bona, *Liturg.* l. 1. c. 22.

ita ut, piis religioſiſque uſibus ſemel addicta, profanos ad uſus ſine piaculo retorqueri non poſſint.

Itaque » benedicuntur Campanæ, » ut ſint tubæ Eccleſiæ militantis, » quibus vocetur populus ad conve» niendum in Templum, & au» diendum verbum Dei, Clerus » verò ad annuntiandum manè mi» ſericordiam Dei, & veritatem ejus » per noctem; ut per illorum ſoni» tum Fideles invitentur ad preces, » & ut creſcat in his devotio fi» dei (*d*). » Hujus videlicet Benedictionis precibus, ſuper hæc Vaſa & inſtrumenta invocatur cœleſtis ac divina virtus, quæ in Fidelium cordibus ſpiritum orationis, fideique & dilectionis excitet, dum corporis aures pulſat exterior ſonitus; quæ ipſos Eccleſiæ voci dociles efficiat, veroſque adoratores in Templo Domini ſancto congreget, ut eum voce & mente collaudent, ſeque verbi ejus pabulo nutriant; quæ pariter malignorum ſpirituum moliliones, omniaque corporis & animæ pericula, propter Eccleſiæ preces & cujuſque fidem, longè à Fidelibus arceat.

Præcipuæ verò Cæremoniæ in benedicendis Campanis uſitatæ, Fidelium cœtui à Paſtoribus accurato & luculento ſermone explicandæ ſunt. Ac primò quidem Campanæ imponitur nomen Sancti vel Sanctæ, cujus ſub invocatione & patrocinio, ſanctitatis omnis auctori Sanctoque ſanctorum Deo conſecretur. Aquâ-benedictâ aſpergitur Campana, ut ex hac metalli ablutione intelligat homo Chriſtianus quantò ipſe purior eſſe debeat, ut potè Baptiſmi aquâ regenerante in Spiritu Dei ſanctificatus. Sancto Oleo & Chriſmate linitur, ut palàm fiat quantò fœcundior in mentibus noſtris eſſe debeat unctio gratiæ & virtus Spiritûs ſancti, totiès nobis cœleſtium ope Sacramentorum infuſa. Signum Crucis in ſacri Olei & Chriſmatis unctionibus expreſſum, nos Deo per Filii ſui Crucem & Paſſionem conſignatos admonet, nobiſque in ſola Cruce Domini noſtri Jesu Christi, in qua reconciliationem & ſpem habemus, eſſe gloriandum oſtendit. Thuris vapor ſub Campana excitatus, irreprehenſibilis vitæ bonum odorem exhibet, ſimulque precum fervorem, quas, thymiamatis inſtar ſuaviſſimi, uſque ad thronum divinæ majeſtatis oportet aſcendere. Ipſa Campana ſuo nobis ſono teſtatur Deum voce noſtrâ indeſinenter laudandum, benedicendum atque adorandum. Variæ autem modulationes undè exurgit ſacrorum Metallorum harmonia, varios nobis ſuggerunt Chriſtiani cordis affectus. Lætiore, vel ad pompam accommodatiore pulſatione in majoribus Feſtivitatibus agitatæ, æterna illa cœleſtis Sion cogitanda nobis Feſta proponunt, quorum lætitiam nihil inquietare poterit, nihil intermittere. Cùm ſonus auditur gravior atque interruptus, de fratrum infirmitatibus admonemur, & ad ſpiritualem iis opem, invocato Dei miſerentis auxilio, ferendam incitamur. Reſonante ad feralem numerum lugubri harmoniâ, inno-

(*d*) Conc. Colon. *cap.* 14. *part.* 9.

Digitized by Google

teſcit eorum deceſſus, ipſiſque ultima precum ſuffragia implorantur; & noſtra ſimili plangore mors olim annuntianda, nobis ad utilem meditationem præſignificatur.

Hæc & ſimilia Fidelibus exponant Eccleſiarum Rectores, undè à viſibilibus & corporeis ad inviſibilia & incorporea mentes facilè ſuſtollantur, ſicque intentionem Eccleſiæ introſpiciant, & diſpoſitiones quas ex intuitu Cæremoniarum excitari cupit, in iis excitentur; undè etiam fervidis orationibus à divina bonitate efflagitent, ut quod Sacerdotali miniſterio exteriùs agitur, interiùs in ipſis gratiæ illapſu perficiatur.

Curabit Parochus ne quid profanum Campanis inſcribatur vel inſculpatur, ſed tantùm Crucis aut Sancti alicujus emineat imago, piave aliqua inſcriptio. Caveat etiam ne in iis conflandis vel benedicendis quidquam à populo ſuperſtitioſè fiat. Nec ſinat eas in Campanariam turrim ſuſtolli, quin priùs fuerint ſequenti Ritu benedictæ. Et cùm ſemel in ea ſuſpenſæ fuerint, diligenter clauſa maneat, ne quid ludicrum aut minùs honeſtum in ipſa committatur.

Juxta Eccleſiæ mentem, habitoque reſpectu ſanctæ Benedictionis per quam Deo conſecrantur Campanæ, plurimùm deceret ut à nemine præterquàm à Clericis in Oſtiarii Ordine conſtitutis pulſarentur: ſed cùm obſervari jam non poſſit antiqua & venerabilis hæc Diſciplina, ſaltem providendum eſt ut id muneris non obeant niſi prudentes & benè morati Laïci, qui Campanas ordine ſtatuto, ſub Parochi regimine, nulloque ipſas findendi periculo pulſaturi meritò exiſtimentur.

Porrò ſit moderata Campanarum pro mortuis pulſatio, præſertim die Solemnitatis omnium Sanctorum ad veſperam, & poſtridiè in Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum; ne ex immoderata atque intempeſtiva pulſatione, ac pulſantium irreverentiâ, Eccleſia Dei plus detrimenti capiat quàm adjumenti, potiùſquè Deus offendatur, quàm pro mortuis exoretur. Obſervetur etiam diligenter id quod à ſupremo Senatu ſapientiſſimè conſtitutum eſt, ne, ſævientibus procellis, (neque inſolitas ob cauſas, inſciis Paſtoribus) Campanæ pulſentur (*e*).

Attendant etiam Parochi ne ad aliquam harmoniam ita pulſentur ſacra Metalla, ut in memoriam reducantur profanæ, ludicræ, inhoneſtæ aut vulgò jactatæ cantilenæ; ſed potiùs feſtâ Æris-Campani modulatione reſonent Hymnorum cantus (*f*), quorum ſuavitate aures piorum demulceantur.

(*e*) Arrêt du Parlement, du 29 Juillet 1784. *Vide ad calcem hujus Volum.*

(*f*) Conc. Camer IH, an. 1631. tit. 5. cap. 27.

Digitized by Google

ORDO

BENEDICTIONIS CAMPANÆ.

ANTE hanc Benedictionem, lota & deterſa Campana ſic in Navi Eccleſiæ ſuſpendetur, ut liberè circuiri facilèque tangi poſſit.

E regione Campanæ collocabuntur ſedilia pro Celebrante & miniſtris; ex utroque verò latere, pro Clero, & pro illis qui ad nomen Campanæ imponendum electi fuerint.

Ad lævam Celebrantis erit Credentia decenter ornata, in qua ponetur, 1°. Libri Paſtoralis hoc Volumen: 2°. Vas Aquæ benedictæ, cum Aſpergillo: 3°. Vaſa, tum Olei Catechumenorum, tum ſancti Chriſmatis: 4°. Pelvis, cum goſſypii aut ſtupæ ſubtilis flocculis quinque, ad abſtergendas totidem unctiones: 5°. Navicula cum thymiamate.

Præparabitur etiam Pluteus (*) pro Lectione & Evangelio.

(*) Lutrin; Pupitre.

HIS ita diſpoſitis, Celebrans è Veſtiario procedet, indutus Amictu, Albâ, Manipulo, Stolâ & Pluviali albi coloris; præcedentibus duobus Thuriferariis, Crucigero cum duobus Ceroferariis, Clero in habitu Chori, duobus Choriſtis in Pluvialibus candidis, Diacono & Subdiacono indutis ut in Miſſa.

Cùm acceſſerit ad locum præparatum, brevi oratione aſtantes edocere poterit quorsùm inſtituta ſit hæc Benedictio, ejuſque Cæremonias explicare, adhibitis in ſubſidium iis quæ modò præfati ſumus.

Cùm docendi finem fecerit, ſtans aperto capite, Aquam ſibi ab Exorciſta in Vaſe oblatam benedicet, canens in tono Orationis Horarum minorum:

℣. Adjutórium noſtrum ✠ in nómine Dómini,
℟. Qui fecit cœlum & terram.

Digitized by Google

℣. Dóminus vobíscum ;
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

BENEDIC ✠, quæsumus, Dómine, aquam hanc benedictióne cœlesti, & Spíritûs sancti super eam descendat virtus omnípotens ; cujus aquæ ablutióne sanctificétur Campána ad convocandos Eccléſiæ tuæ filios præparáta ; ut, ejus sónitu ad cultum tuum erecti, pietátis augeantur incremento ; atque in Templo sancto tuo congregáti, voce jubilatiónis tibi confiteantur & exultent ; votórumque & laudum harmóniâ concentum Angelórum te in cœlo júgiter laudántium æmulentur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs sancti Deus, per ómnia sécula seculórum. ℟. Amen.

Subdiaconus, ad Pluteum præparatum, cantat sequentem Lectionem in tono Lectionum Officii Nocturni. Interim sedet Clerus, operto capite.

Léctio Libri Números. *Cap.* 10.

IN diébus illis, locútus est Dóminus ad Móysen, dicens : Fac tibi duas tubas argénteas dúctiles, quibus convocáre possis multitúdinem, quandò movenda sunt castra. Cùmque increpúeris tubis, congregábitur ad te omnis turba ad óstium tabernáculi fœderis. Si semel clangúeris, vénient ad te príncipes, & cápita multitúdinis Israël. Si autem prolíxior atque concísus clangor increpúerit, movébunt castra primi qui sunt ad Orientálem plagam. In secundo autem sónitu & pari

Digitized by Google

ululátu tubæ, levábunt tentória qui hábitant ad Merídiem ; & juxta hunc modum réliqui fácient, ululántibus tubis in profectiónem. Quandò autem congregandus eſt pópulus, ſimplex tubárum clangor erit, & non concísè ululábunt. Fílii autem Aaron ſacerdótes clangent tubis : eritque hoc legítimum ſempiternum in generatiónibus veſtris. Si exiéritis ad bellum de terra veſtra contra hoſtes qui dímicant adversùm vos, clangétis ululántibus tubis, & erit recordátio veſtrî coram Dómino Deo veſtro, ut eruámini de mánibus inimicórum veſtrórum. Si quandò habébitis épulum, & dies feſtos, & calendas ; canétis tubis ſuper holocauſtis & pacíficis víctimis, ut ſint vobis in recordatiónem Dei veſtri. Ego Dóminus Deus vëſter.

Sic terminatur Lectio, & nihil reſpondetur.

Poſt Lectionem, Subdiaconus in genua provolutus, accipit benedictionem à Celebrante.

Tum Celebrans, cum Clero, ſurgit ; continuòque, ſtans detecto capite, admotâque Campanæ nominandæ manu dextrâ, eos qui ad nomen illi imponendum electi fuerint, his verbis interrogabit :

Sous quelle invocation deſirez-vous que cette Cloche ſoit bénie ?

R. Sous l'invocation de la Très-Sainte Vierge Marie (*ou* de Saint *N. ou* de Sainte *N.*)

Poſteà Celebrans, ferreâ, quæ intrinſecùs pendet, clavâ (1) *ter Campanam leviter pulſat ; idemque viciſſim faciunt Nominatores Campanæ.*

(1) Le battant.

Deindè Celebrans Antiphonam ſibi à Choriſta indictam imponit :

Digitized by Google



Ant. Buccina-te. 6. C.

Et ſtatim Choriſta intonat Pſalmum ſequentem. Exultate.

Celebrans, ubi primùm Antiphonam impoſuit, dumque inchoatur Pſalmus, accepto de Diaconi manu Aſpergillo, Campanam ſemel circuit, eam aſpergens Aquâ-benedictâ.

Diaconus deindè Vas Olei Catechumenorum offert Celebranti, qui virgulam ipſo intinctam accipit, eâque exteriùs, ad partem inferiorem, ungit Campanam quatuor in locis æqualiter inter ſe diſtantibus, incipiendo à parte ſubjecta Cruci ſuper Campanam figuratæ. Peractâ primâ iſtâ Unctione, Celebrans, Miniſtris comitantibus & Pluviale ab utraque parte ſuſtinentibus, ad tres reliquas procedit à dextris, & redit à ſiniſtris. Ad ſingulas autem Unctiones Crucem exprimit, & dicit:

Sanctificétur & conſecrétur Campana hæc, in nómine Patris ✠, & Fílii, & Spíritûs ſancti, ſub patrocínio Beátæ Maríæ Vírginis (*vel* Sancti *N. vel* Sanctæ *N.*)

Diaconus verò goſſypii vel ſtupæ ſubtilis flocculo ſingulas Unctiones abſtergit.

PSALMUS 80.

EXultate Deo adjutóri noſtro: * jubiláte Deo Jacob.

Súmite pſalmum, & date tympanum, * pſaltérium jucundum cum cíthara.

Buccináte in Neoménia tubâ, * in inſigni die ſolemnitátis veſtræ;

Quia præceptum in Iſraël eſt, * & judícium Deo Jacob.

Teſtimónium in Joſeph póſuit illud, cùm exíret de terra Ægypti: * linguam quam non nóverat, audívit.

Divertit ab onéribus dorſum ejus: * manus ejus in cóphino ſerviérunt.

In

In tribulatióne invocásti me, & liberávi te: * exaudívi te in abscóndito tempestátis; probávi te apud aquam contradictiónis.

Audi, pópulus meus, & contestábor te: * Israël, si audíeris me, non erit in te Deus recens, neque adorábis Deum aliénum.

Ego enim sum Dóminus Deus tuus, qui eduxi de terra Ægypti: * dilata os tuum, & implébo illud.

Et non audívit pópulus meus vocem meam; * & Israël non intendit mihi.

Et dimísi eos secundùm desidéria cordis eórum: * ibunt in adinventiónibus suis.

Si pópulus meus audísset me; * Israël si in viis meis ambulásset;

Pro níhilo fórsitan inimícos eórum humiliássem, * & super tribulantes eos misíssem manum meam.

Inimíci Dómini mentíti sunt ei; * & erit tempus eórum in sécula.

Et cibávit eos ex ádipe frumenti; * & de petra, melle saturávit eos.

Glória Patri, &c.

Sicut erat, &c.



Finitâ Antiphonâ, cantat Celebrans:

OREMUS.

DEus, qui per Móysen fámulum tuum, antíqui pópuli, te duce, legíferum, duas tubas argénteas fieri præcepísti, quarum læto sónitu fílii Israël ad Fe-

ſtórum atque Sacrificiórum celebritátem convocarén-tur ; quarum & clangóre vocáti ad bellum, de hóſ-tibus ſuis victóriam, te protegente, reportárent : bé-nedic ✠, quæſumus, Campánam hanc, ad Fidéles qui te in ſpíritu & veritáte adórent, in domum Sa-crificii & oratiónis congregandos præparátam ; ut, cùm ejus ſónitum audíerint, in eis creſcat tui nó-minis glorificandi devótio, & inimíci ad devoran-dum circumeuntis omnes insídiæ propulſentur per triumphále ſignum Fílii tui crucifixi, cui fléctitur omne genu cœléſtium, terréſtrium & infernórum, abſorptâ morte in victória Crucis ; Per eumdem Chri-ſtum Dóminum noſtrum.

℟. Amen.

Deindè Celebrans Antiphonam imponit ſibi à Choriſta in-dictam.

Ant. Servi-te Domi-no. 7. *d.*

Choriſta verò intonat Pſalmum ſequentem. Jubilate.

Statim atque impoſita eſt Antiphona, dumque inchoatur Pſalmus, Diaconus Vaſculum ſancti Chriſmatis offert Cele-branti ; qui virgulam ipſo intinctam accipit, eâque ungit Cam-panam media inter brachia Crucis in hac figurâ, Crucem ungendo exprimens, & dicens :

Sanctificétur & conſecrétur Campána hæc, in nó-mine Patris ✠, & Fílii, & Spíritûs ſancti, ſub pa-trocínio Beátæ Maríæ Vírginis (*vel* Sancti *N. vel* Sanctæ *N.*)

Diaconus verò unctionem abſtergit.

PSALMUS 99.

JUBILATE Deo, omnis terra; * ſervíte Dómino in lætítia.
Introíte in conſpectu ejus, * in exultatióne.
Scitóte quóniam Dóminus ipſe eſt Deus: * ipſe fecit nos, & non ipſi nos.
Pópulus ejus, & oves páſcuæ ejus, introíte portas ejus in confeſſióne, átria ejus in hymnis: * confitémini illi.
Laudáte nomen ejus, * quóniam ſuávis eſt Dóminus.
In æternum miſericórdia ejus, * & uſque in generatiónem & generatiónem véritas ejus.
Glória Patri, &c. Sicut erat, &c.



Poſt Antiphonam, cantat Celebrans:

OREMUS.

OMNIPOTENS ſempiterne Deus, qui ante Arcam Fœderis per tubárum clangórem Jerichúntina mœnia, nequicquam à pópuli tui hóſtibus defenſa, mirabíliter corrúere feciſti: Campánam hanc cœleſti benedictióne ✠ perfunde; ut ejus ſónitu excitáti Fidéles, impugnántis adverſárii tela ígnea per fidem & oratiónem repéllere váleant; & quotieſcumque invitamento Campánæ in domum tuam convénerint, ibi

ſis in médio eórum, atque ab ómnibus inimíci tentatiónibus líberi, Cathólicæ fídei ſemper documenta ſectentur, dignèque Evangélio Chriſti converſári delectentur; Per eumdem Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Poſt Orationem Celebrans imponit Antiphonam ſibi à Choriſta indictam.

Ant. Lauda- te Do-mi- num. 5. C.

Choriſta intonat Pſalmum ſequentem : Laudáte.

Tum Celebranti ſedenti Diaconus Thuribulum offert, Subdiaconus verò naviculam, ex qua Celebrans imponit thymiama in Thuribulum, ſine Benedictione.

Poſteà Diaconus ſupponit Thuribulum Campanæ; nec indè amovetur, niſi poſt completam Benedictionis Cæremoniam. Interim cantatur

PSALMUS 150.

LAUDATE Dóminum in ſanctis ejus: * laudáte eum in firmamento virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus: * laudáte eum ſecundùm multitúdinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in ſono tubæ: * laudáte eum in pſaltério & cíthara.

Laudáte eum in tympano & choro: * laudáte eum in chordis & órgano.

Laudáte eum in cymbalis beneſonántibus; laudáte eum in cymbalis jubilatiónis: * omnis ſpíritus laudet Dóminum.

Glória Patri, &c.

Sicut erat, &c.



Ant. de 5. Lauda- te Do-minum in ſono tu- bæ; lau-



Finitâ Antiphonâ, ſurgit Celebrans, & cantat Orationem ſequentem.

OREMUS.

DOMINE Jeſu Chriſte, ſupréme dominátor, tibique ſerviéntium benigníſſime protector, Campánam hanc tuâ Cruce ſignátam, ſancti Spíritûs rore perfunde; ut, cùm áuribus Fidélium inſonúerit, deſcendat ſuper illos ſpíritus grátiæ & precum, fiat in ipſis Fídei, Spei & Charitátis incrementum, augeátur in eórum córdibus te laudandi & benedicendi, tuíque verbi audiendi & faciendi ſancta æmulátio; tuóque aſſiſtente munímine, terreátur omnis adoratórum tuórum inimícus, confortétur in te pópulus Chriſtiánus per illam in tuo nómine congregátus; & ejus reſonante melódiâ, Eccléſiæ tuæ conventum Angélica manus prótegat, credéntiumque mentes & córpora jugi protectióne ſerventur; Qui cum Deo Patre vivis & regnas in unitáte Spíritûs ſancti Deus, per ómnia ſécula ſeculórum. ℟. Amen.

Diaconus, factâ priùs à Celebrante benedictione incenſi, & accepto Evangeliorum codice, flexis genibus dicit, Munda cor meum, &c. *& petit benedictionem, dicens:* Jube, &c.

Celebrans respondet : Dominus sit in corde, &c. *Tum, præcedentibus Thuriferario, Acolythis & Subdiacono, procedit ad Pluteum, & cantat Evangelium sequens.*

℣. Dóminus vobíscum ;
℟. Et cum spíritu tŭo.

℣. Sequéntia sancti Evangélii secundùm Matthæum.

℟. Glória tibi, Dŏmine. *Cap.* 18. *v.* 19. *&* 20.

IN illo témpore, dixit Jesus discípulis sŭis : Iterùm dico vobis, quia si duo ex vobis consénserint super terram de omni re quamcumquĕ petíerint, fiet illis à Patre meo qui in cœlis ĕst. Ubi enim sunt duo vel tres congregáti ĭn nómine meo, ibĭ sŭm in médio córum.

℟. Laus tibi, Christe.

Cantato Evangelio, Celebrans osculatur apertum Evangeliorum codicem sibi à Subdiacono oblatum ; deindè signo Crucis Campanam benedicit, nullam adhibens verborum formulam ; & eodem quo venerat ordine in Vestiarium redit Processio.

Peractâ Cæremoniâ, comburentur gossypii vel stupæ subtilis flocculi qui ad abstergendas Unctiones inservierint, eorumque cineres in Sacrarium *vel Piscinam quæ* Sacrarii *loco sit, demittentur.*

¶ *Cum plures sunt Campanæ benedicendæ, unâ tantùm circuitione asperguntur Aquâ-benedictâ ; sed Olei Catechumenorum & Chrismatis Unctiones fiunt ad singulas. Orationes dicuntur in plurali. Si verò non tot præstò sint Thuribula quot Campanæ, thymiamate fumans Thuribulum unicum singulis vicissim supponitur.*

Digitized by Google

BENEDICTIO VASIS NOVI

Fontium Baptiſmalium.

℣. Adjutórium ✠ noſtrum in nómine Dómini,
℟. Qui fecit cœlum & terram.
℣. Dóminus vobiſcum;
℟. Et cum ſpíritu tuo.

OREMUS.

OMNIPOTENS ſempiterne Deus, hoc Baptiſtérium cœleſti benedictióne tuíque Spíritûs virtúte ſanctífica ✠; ut quicumque in iſto Fonte ablúti fúerint, perfectam filiórum adoptiónem & vitam æternam conſequantur. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

OREMUS.

MULTIPLICA, Dómine, benedictiónem ✠ tuam ſuper hoc lavácrum regeneratiónis & renovatiónis Spíritûs ſancti; ut qui in illo baptizáti fúerint, in libro vitæ inſcríbi mereantur. Per Dóminum.... in unitáte ejuſdem Spíritûs, &c.
℟. Amen.

Deindè in Fontes Baptiſmales ſit Aquæ-benedictæ aſperſio.

BENEDICTIO
AQUÆ BAPTISMALIS,

Extra Sabbatum Paſchæ & Pentecoſtes.

SICUBI per annum deficiat aqua Baptiſterii, alia Ritu ſequenti benedicetur.

Primùm abluetur & mundabitur Fons Baptiſmalis, ac deindè aquâ puriſſimâ & nitidiſſimâ implebitur. Tum Sacerdos Superpelliceo & Stolâ candidâ ornatus, comitante Clerico aliove Miniſtro Cereum accenſum gerente, ad Fontem Baptiſmalem accedet, ſeque in modum ſalutiferæ Crucis conſignans, dicet:

℣. Adjutórium ✠ noſtrum in nómine Dómini,
℟. Qui fecit cœlum & terram.
℣. Dóminus vobiſcum;
℟. Et cum ſpíritu tuo.

OREMUS.

Aperto capite. EXAUDI nos, miſéricors Deus, tuâque invisíbili poténtiâ totam perfunde hujus aquæ ſubſtántiam; ut qui per eam ſunt abluendi, & regeneratiónis grátiam, & incorruptíbilem in cœlis obtíneant hæreditátem; Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Operto capite, dextrâque ſupra Aquam extensâ. EXORCIZO te, aqua, creatúra Dei, in nómine Patris ✠ omnipotentis, & Filii ejus Dómini noſtri Jeſu ✠ Chriſti, & procedentis ab utróque Spíritûs ✠ ſancti; ut fias aqua ſanctificatiónis, ſpiritualiſque renovatiónis. Exorcízo te páriter, immunde ſpíritus: procul ab aqua iſta diſcéde; ut, arcánâ illabentis Núminis virtúte, fons efficiátur aquæ ſalientis in vitam æternam; Per eum qui ventúrus eſt judicáre vivos & mórtuos, & ſéculum per ignem. ℟. Amen.

OREMUS.

Digitized by Google

OREMUS.

PATER ſancte, regenerántium aquárum ſanctificátor, réſpice propítius ad hoc noſtræ humilitátis miniſtérium ; & ſuper has aquas purificandis homínibus præparátas, tuam effunde benedictiónem ✠ ; ut quiſquis hoc Fonte baptizátus fúerit, omni reátu deterſo, nova in Chriſto creatúra, templum Dei viventis, & ſancti Spíritûs habitáculum efficiátur ; Per eumdem Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen. Aperto capite.

Poſteà ſuper aquam ter inſufflat in modum Crucis : & continuò vaſcula Chriſmatis & Olei Catechumenorum accipiens, de utroque ſimul in aquam infundit, ter ſignum Crucis ubi notatur, exprimens, & dicens :

Conſecrétur & fœcundétur Fons iſte Oleo ſanctificatiónis & Chriſmate ſalútis, in nómine Patris ✠, & Fílii ✠, & Spíritûs ✠ ſancti. ℟. Amen.

Si autem caſu aliquo neutrum habeat, nec commodè habere poſſit, guttas Cerei benedicti diſtillet in aquam, ſignum Crucis ter exprimens, & dicens :

Sanctificétur & fœcundétur Fons iſte, in nómine Patris ✠, & Fílii ✠, & Spíritûs ✠ ſancti. ℟. Amen.

Quòd ſi Cereus benedictus non inveniatur, ſigno Crucis aquam benedicat, dicens :

Benedicátur & ſanctificétur Fons iſte, in nómine Patris ✠, & Fílii ✠, & Spíritûs ✠ ſancti. ℟. Amen.

Tum, depoſitis vaſculis, dextrâ manu Oleum ſanctum & Chriſma infuſum miſcet cum aqua, & ſpargit per totum Fontem. Deindè medullâ panis manum abſtergit ; ablutiſque manibus, ablutio in Sacrarium aut Piſcinam quæ Sacrarii loco ſit, effunditur.

BENEDICTIO CEREI PASCHALIS,

Extra Sabbatum ſanctum, ſi caſu aliquo defecerit.

Præparetur Aqua-benedicta, & Incenſum.

(*Stola alba.*)

℣. Adjutórium ✠, &c. ℣. Dóminus vobiſcum, &c.

OREMUS.

DOMINE Deus, Pater omnípotens, lux vera & fons ómnium lúminum; bénedic ✠ & ſanctífica ✠ Céreum iſtum, ut ejus lúmine illuſtrémur, atque accendámur igne charitátis tuæ: & ſicut pópulum tuum de Ægypto exeuntem columnâ ignis mirabíliter illuminaſti, ita illúmines corda & ſenſus noſtros, ut ad vitam & lucem æternam pervenire mereámur; Per Chriſtum, &c.

Benedictio quinque Granorum Incenſi, Cereo in modum Crucis infigendorum.

VENIAT, quæſumus, omnípotens Deus, ſuper hoc Incenſum larga tuæ benedictiónis ✠ infúſio; (*hic Sacerdos Grana Incenſi ter aſpergit Aquâ-benedictâ, & ter incenſat, eaque Cereo infigit in modum Crucis; & ſic proſequitur:*) ut Chriſtus reſúrgens ex mórtuis, nobis ſit lumen indeficiens in illuminatiónem peregrinatiónis noſtræ, & odor vitæ in vitam æternam: Qui tecum vivit & regnat in unitáte, &c.

℟. Amen.

Sacerdos aſpergit Cereum Aquâ-benedictâ, & accendit; ſtatimque extinguit, niſi continuò celebrandum ſit Officium per quod ardere debeat.

Digitized by Google

BENEDICTIO CEREORUM,

EXTRA diem Præſentationis Domini & Purificationis Beatæ Mariæ Virginis.

CEREOS in Feſto Præſentationis Domini & Purificationis B. M. V. benedictos, pio ac laudabili uſu domi aſſervant Fideles: & cùm aliquis è familia in extremis verſatur, Cereum benedictum accendunt, ut, virtute orationum Eccleſiæ, procul à moribundo arceantur ſpiritus tenebrarum, animæ in tremendo luctamine laborantes inſidiantes, utque fulgeat ſignum Fidei, Spei & Charitatis, quibus freta anima Chriſtiana, Sponſo cœleſti obviàm exitura eſt. Si autem defecerint, vel aſſervati non fuerint Cerei in præfata Solemnitate benedicti; alii, Ritu ſequenti, à Sacerdote benedici poterunt.

℣. Adjutórium ✠, &c. ℣. Dóminus vobiſcum, &c.

OREMUS.

DOMINE Jeſu Chriſte, qui es lux vera illúminans omnem hóminem venientem in hunc mundum, benedictiónis ✠ tuæ virtútem ſuper hos Céreos infunde; ut quibuſcumque in locis accenſi fúerint, diſcédant poteſtátes tenebrárum, nec váleant tibi ſerviéntibus ullam creáre moléſtiam; & præſta, ut cum ardéntibus bonórum óperum lampádibus in occurſum tuum digno præparémur affectu; Qui vivis & regnas cum Deo Patre, in únitáte, &c. ℟. Amen.

Tum Cerei aſperguntur Aquâ benedictâ.

BENEDICTIO CRUCIS

In Proceſſionibus deferendæ.

(*Stola rubra.*)

℣. Adjutórium ✠, &c. ℣. Dóminus vobiſcum, &c.

OREMUS.

BENEDIC ✠, Dómine Jeſu Chriſte, venerandum hoc Signum Paſſiónis tuæ; ut ſuper Fidéles tuos, prævio ipſo, incedentes elevátum, ſit ipſis in ſalútem, ac tenebrárum poteſtátibus in terrórem; Qui vivis & regnas Deus. ℟. Amen.

Digitized by Google

OREMUS.

SANCTIFICETUR Signum hoc Redemptiónis noſtræ, in nó. mine Patris ✠, & Fílii, & Spíritûs ſancti; ut ſicut Fidéles ſub hoc Vexillo militantes imáginem Jeſu Chriſti ſequuntur, ita ipsíus veſtígiis inſiſtentes, eum docentem audíre & facientem imitári váleant; ac demùm, ſtrénuè peracto hujus vitæ certámine, bravíum ſupernæ vocatiónis tuæ in futúro ſéculo conſequantur per virtútem Crucis & Paſſiónis ejuſdem Dómini noſtri Jeſu Chriſti; Qui cum eódem Patre & Spíritu ſancto vivit & regnat Deus, per ómnia, &c.

Tum in Crucem ſit aſperſio Aquæ-benedictæ.

BENEDICTIO VEXILLI SACRI

In Proceſſionibus deferendi.

Stola, pro Sancti qualitate, convenientis ſit coloris.

℣. Adjutórium ✠, &c. ℣. Dóminus vobíſcum, &c.

OREMUS.

DOMINE Jeſu Chriſte, cujus Eccléſia eſt véluti caſtrórum ácies ordináta, benedícere ✠ dignéris hoc Vexillum; ut omnes tibi Deo ſub Beáti *vel* Beátæ N. Patróni *vel* Patrónæ, *vel* Beatórum *vel* Beatárum N. & N. Patronórum *vel* Patronárum invocatióne militantes, inimícos ſuos viſíbiles & invisíbiles ſuperáre, & poſt adeptam in terris, te largiente, victóriam, in cœlis, te coronante, triumpháre mereantur; Qui vivis & regnas cum Deo Patre, in unitáte Spíritûs, &c.

Tum aſpergatur Vexillum Aquâ-benedictâ.

¶ *Si Vexillo exhibeatur aliquod Chriſti Myſterium, vel SS. Trinitas; dicitur tantùm:* ut omnes tibi Deo militantes, inimícos ſuos, &c.

Digitized by Google

BENEDICTIO CRUCIS

In privato Oratorio collocandæ.

Stola rubra.

℣. Adjutórium ✠, &c. ℣. Dóminus vobiſcum, &c.

OREMUS.

BENEDIC ✠ & ſanctifica ✠, Dómine Deus noſter, Signum hoc Redemptiónis noſtræ; & præſta ut qui coram illo proſtráti, Chriſtum in Cruce exaltátum adoráverint, córporis & ánimæ ſanitátem percípiant; Per eumdem Dóminum, &c.

Crux deindè aſpergitur Aquâ-benedictâ.

BENEDICTIO IMAGINUM,

Ad uſus privatæ Fidelium pietatis.

Benedictio imaginum Domini noſtri Jeſu Chriſti.

Stola alba.

℣. Adjutórium ✠, &c. ℣. Dóminus vobiſcum, &c.

OREMUS.

DEUS, qui Unigénitum tuum in ſimilitúdinem hóminum fieri voluiſti; hanc, quæſumus, humanitátis ejus Imáginem benedícere ✠ & ſanctificáre ✠ dignéris; & concéde, ut qui Verbum incarnátum per hanc Imáginem expreſſum adorámus, divíno exemplári dignis móribus conformes fieri mereámur; Qui tecum vivit & regnat in unitáte, &c.

Deindè in ſacram Imaginem fit Aſperſio Aquæ-benedictæ.

Digitized by Google

BENEDICTIO IMAGINUM

Beatæ Mariæ Virginis.

Stola alba.

℣. Adjutórium ✠, &c. ℣. Dóminus vobíscum, &c.

OREMUS.

DEus, qui Beátam Maríam semper Vírginem ab æterno elegísti, de qua nascerétur Unigénitus Fílius tuus, mundi Salvátor; benedícere ✠ & sanctificáre ✠ dignéris hanc ejus Imáginem: cujus aspéctu excitáti, divínam ipsíus Maternitátem cóngruâ pietáte venerémur, ejusque potentíssimam apud te intercessiónem fiduciáliter implorémus; Per eumdem Dóminum, &c. ℟. Amen.

Deindè in sacram Imaginem fit aspersio Aquæ-benedictæ.

BENEDICTIO IMAGINUM

Sanctorum *vel* Sanctarum.

(*Stolæ, pro qualitate Sancti vel Sanctæ, convenientis fit coloris.*)

℣. Adjutórium ✠, &c. ℣. Dóminus vobíscum, &c.

OREMUS.

SANCTE sanctórum, auctor & remunerátor sanctitátis, Deus omnípotens, qui duos Chérubim ex utráque parte Propitiatórii in tuo collocári Sanctuário voluísti; hanc Sancti N. (*vel* Sanctæ N.) *vel, si sint plures in eadem tabella depicti*, Sanctórum *vel* Sanctárum N. N. Imáginem benedícere ✠ & sanctificáre ✠ dignéris; & præsta ut, per hanc Effígiem, quæ nobis ejus, *vel* eórum, *vel* eárum sanctitátem in memóriam révocat, ad ipsíus, *vel* ipsórum *vel* ipsárum cultum atque imitatiónem excitémur; Per Dóminum nostrum, &c. ℟. Amen.

Deindè in sacram Imaginem fit Aquæ-benedictæ aspersio.

Digitized by Google

BENEDICTIO ROSARII,

(vulgò *un Chapelet.*)

SUIS globulis designant *Rosaria* constitutum ordinem in recitatione sæpiùs repetitâ Orationis Dominicæ & Salutationis Angelicæ, ad recolenda Mysteria quæ in B. MARIA Virgine, & per eam, Deus pro salute nostra operari dignatus est, simulque ad ipsam colendam & orandam. Quæ quidem sanctarum precum series Ecclesiæ vehementer probatur, iisque perutilis est qui litteras nescium, vel qui sine aliqua mentis contentione orare non possunt. Cæterùm non simplicibus tantùm & imperitis commendandum est hoc precationis genus: illud quibuscumque pietatis cultoribus proponunt spiritualis vitæ Magistri, tanquam debiti erga Beatissimam Virginem amoris & reverentiæ testimonium egregium. Quin etiam apud Catholicos permultos sublimi simul & simplici pietate commendabiles, usus obtinuit, ut *Rosarium* (seu *Coronam*) secum deferant, & sæpè recitent. Talis exempli æmulationem suis Parochianis omni ope atque operâ suggerant Pastores. Ubi erecta est sancti *Rosarii* Confraternitas, ejus Sodales hortetur Parochus ut in Festis Beatæ Mariæ Virginis, & primâ cujusque mensis Dominicâ, susceptam *Rosarii* recitationem attentè pièque persolvant; ibique, & ipsismet in locis ubi non viget illa Confraternitas, studeant Ecclesiarum Rectores, quantùm poterunt, ut singulis diebus Dominicis & Festis, horâ indictâ, in Ecclesiam conveniant Fideles Parochiani, ad publicam *Rosarii* recitationem; cui præsit, exemploque præluceat ipse Parochus.

Imprimìs autem sibi in Christo subjectos populos admoneant Pastores, tunc demùm veram solidamque futuram esse pietatem in colenda sanctissima Virgine Deipara, si quis ejus humilitatem, modestiam, castitatem, mansuetudinem, summum JESU CHRISTI amorem, cæterasque illius virtutes in se transfundat sedulus imitator; ipsamque nobis apud Deum Patronam eâ duntaxat lege fieri, ut sobriè, & justè, & piè vivamus. Nemo denique Matri placère se posse confidat, nisi mores suos ad Christianæ Legis normam componens, simul placeat & Filio. Qui aliter MARIAM colit, hujus vana est religio & falsa pietas.

Hoc autem Ritu benedicentur Rosaria, seu Coronæ.

(*Stola alba.*)

℣. Adjutórium ✠, &c. ℣. Dóminus vobiscum, &c.

OREMUS.

BENEDIC ✠, Dómine Jesu, Fili Maríæ, hoc Rosárium (*seu* hanc Corónam) in honórem sanctíssimæ Genitrícis tuæ instítutum (*vel* institútam); & concéde, ut quisquis illud (*vel* illam) religióso ánimo gestáverit, precesque per illud (*vel* illam) designátas piè recitáverit, ab omni malo & perículo, tuâ favente misericórdiâ, liberári, grátiæ tuæ donis cumulári, & in éxitu suo ab ipsa Beatíssima Vírgine María tibi summo Júdici plenus bonis opéribus præsentári mereátur; Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitáte, &c. ℟. Amen.

Sacerdos Aquâ-benedictâ Rosarium, seu Coronam aspergat.

BENEDICTIO ANNULI.

¶ *Si Annulus Matrimonialis casu aliquo fractus vel deperditus fuerit, & fœmina sibi alium benedici postulet; sic fieri poterit hæc Benedictio.*

(*Stola alba.*)

℣. Adjutórium ✠, &c. ℣. Dóminus vobiscum, &c.

OREMUS.

DEUS, humáni géneris cónditor & conservátor, qui viro dedísti adjutórium símile sibi; emitte super hunc Annulum benedictiónem ✠ tuam; ut múlier quæ illum gestáverit, illibátam viro suo fidem serváre, purísque tibi júgiter váleat móribus placére; Per Dóminum nostrum, &c. ℟. Amen.

Tum Sacerdos Annulum aspergit Aquâ-benedictâ.

BENEDICTIO

BENEDICTIO VEXILLORUM MILITARIUM.

SACERDOS Superpelliceo indutus, cum Stola & Pluviali rubri coloris, Clero comitante cum Miniſtris, quorum unus Vas Aquæ-benedictæ Aſpergillumque præferat, è Veſtiario procedit in Sanctuarium, Clerus autem in Chorum. Quò cùm omnes pervenerint, Sacerdos primam Antiphonam imponit. Cantico intonato, Choriſtæ rubris Pluvialibus ornati, Chorum regunt. Interim Vexillarii expanſa Vexilla tenent ad Sanctuarii gradus, & Sacerdos in cornu Epiſtolæ ſedet.



Ant. Non in mul-ti-tu-di-ne. 7. *d.*

CANTICUM. 1. Paral. 29.

BENEDICTUS es, Dómine, Deus Iſraël patris noſtri, * ab æterno in æternum.

Tua eſt, Dómine, magnificéntia, & poténtia, & glória, atque victória *; & tibi laus.

Cuncta enim quæ in cœlo ſunt & in terra, * tua ſunt:

Tuum, Dómine, regnum; * & tu es ſuper omnes principes.

Tuæ divítiæ, & tua eſt glória: * tu domináris ómnium.

In manu tua virtus & poténtia: * in manu tua magnitúdo, & imperium ómnium.

Nunc ígitur, Deus noſter, confitémur tibi, * & laudámus nomen tuum ínclytum.

Glória Patri, &c. Sicut erat, &c.



Ant. de 7. Non in mul-titu- dine exer- citûs victori- a bel-li,

ſed de cœ- lo for-titu- do eſt. *T. P.* Allelu-ia. 1 *Mach.* 3.



CANTICUM. Judith 16.

INCIPITE Dómino in tympanis : * cantáte Dómino in cymbalis.

Modulámini illi pſalmum novum : * exaltáte & invocáte nomen ejus.

Dóminus cónterens bella : * Dóminus nomen eſt illi.

Qui póſuit caſtra ſua in médio pópuli ſui, * ut eríperet nos de manu ómnium inimicórum noſtrórum.

Glória Patri, &c.





PSALMUS 19.

EXAUDIAT te Dóminus in die tribulatiónis : * prótegat te nomen Dei Jacob.

Mittat tibi auxílium de ſancto ; * & de Sion tueátur te.

Digitized by Google

Memor ſit omnis omnis ſacrificii tui, * & holocauſtum tuum pingue fiat.

Tríbuat tibi ſecundùm cor tuum, * & omne conſílium tuum confirmet.

Lætábimur in ſalutári tuo, * & in nómine Dei noſtri magnificábimur.

Impleat Dóminus omnes petitiónes tuas: * nunc cognóvi quóniam ſalvum fecit Dóminus Chriſtum ſuum.

Exáudiet illum de cœlo ſancto ſuo: * in potentátibus ſalus déxteræ ejus.

Hi in cúrribus, & hi in equis; * nos autem in nómine Dómini Dei noſtri invocábimus.

Ipſi obligáti ſunt & cecidérunt: * nos autem ſurréximus, & erecti ſumus.

Dómine, ſalvum fac Regem; * & exáudi nos in die quâ invocavérimus te.

Glória Patri, &c. Sicut erat, &c.



℣. In Deo faciémus virtútem;

℟. Et ipſe ad níhilum dedúcet inimícos noſtros.

OREMUS.

DOMINE Deus virtútum, qui das ſalútem Régibus, & Regnis proſperitátem; concéde Chriſtianiſſimo Regi noſtro ejuſque bellatóribus ſpíritum conſílii & fortitúdinis, & de quocumque hoſte victóriam: præſta étiam nobis ſupplicántibus, ut, cùm láureas marceſcíbi-

les, te favente, collégerint, ad Regnum illud, te duce, pervéniant, ubi jam nullus erit certámini locus, sed inceſſábili triumpho, gloriæque inter Electos immortáli. Per Chriſtum, &c. ℟. Amen.

Reſp. de 1.



Jerem. 6. & Deuter. 20. Rom. 8.

Finito Reſponſorio, Sacerdos, præcedente miniſtro Vas Aquæ-benedictæ gerente, procedit ad Sanctuarii gradus; ubi ſtans verſâ facie ad Vexillarios, cantat ea quæ ſequuntur:

℣. Adjutórium ✠ noſtrum in nómine Dómini,
℟. Qui fecit cœlum & terram.
℣. Dóminus virtútum nobiſcum:
℟. Suſceptor noſter Deus Jacob. *Pſ.* 45.
℣. Dóminus virtútem pópulo ſuo dabit:
℟. Dóminus benedícet pópulo ſuo in pace. *Pſ.* 28.
℣. Dómine, exáudi. ℣. Dóminus vobiſcum.

[*Si fortè unum duntaxat Vexillum benedicatur, ſequens Oratio dicitur in ſingulari.*]

OREMUS.

DOMINE Deus exercítuum, qui judiciórum tuórum inſcrutábili profunditáte bella moves aut cómprimis, cujus in manu eſt fortitúdo, victória & glória: réſpice propítius ad preces humilitátis noſtræ; & hæc Vexilla, ducendis in tuo Nómine bellatóribus præparáta, cœleſti benedictióne ✠ ſanctificáre dignéris; ut contra adverſárias natiónes ſint tuo invicto munímine circumſepta; ſint hóſtibus in terrórem; ſint ómnibus qui ea geſtáverint & ſecúti fúerint, in prælio firmamentum, in perículo tutámen; ductóribus & milítibus gloriosíſſimum victóriæ iter apériant: pugnatóribus noſtris ante ómnia concéde pulchérrimam ómnium victóriam, quâ víncitur mundus, fidem vivam; ut & visíbiles hoſtes, te protegente, ſuperáre, & de inviſibílibus, te largiente, triumpháre váleant, ſempiternâque in cœlo glóriâ coronentur. Per Dóminum. (*vel, ſi dicatur Oratio ſequens*, Per Chriſtum.)

[*Tempore belli, additur ſequens Oratio.*

OREMUS.

DOMINE Deus omnípotens, Rex regum, & Regnórum ſupréme dominátor, cujus in manu ſunt & corda Príncipum inter ſe armis decertántium, & armórum próſperi éxitus; Chriſtianiſſimo Regi noſtro, univerſóque exercítui ſub ejus ſignis militanti, ſequeſtram pacis concéde victóriam: pervéniant ad aures miſericórdiæ tuæ gémitus populórum; inebriáta humáno ſánguine arma confringe: pacífica, Deus pacis, Regna & Impéria; Principeſque & pópulos Chriſtiános, quibus ipſe unus es Pater cœleſtis, fraternâ & perpétuâ junge concórdiâ: Regem noſtrum, Eccléſiæ tuæ Primogénitum, pace magis quàm bello pone excelſum præ Régibus terræ; & præſta ut, poſt hujus vitæ dies in pace felíci tranſactos, perennem in tuo ſinu tranquillitátem ac beatitúdinem aſſequi mereámur. Per Dóminum.]

Deindè Sacerdos Vexillis Aquam-benedictam inſpergit.

Poſteà Vexillum inter primi Vexillarii manus dexterâ tenens, his eum verbis alloquitur:

Accipe Vexillum ſanctum, munus à Deo: det tibi Dóminus grátiam, ut in ſuo Nómine hoſtíles cúneos victor & incólumis perrúmpere váleas.

Et ſtatim Vexillario dat oſculum pacis, dicens: Pax tibi.

Continuò eamdem Cæremoniam reliquis Vexillariis viciſſim adhibet, Vexillum tenens, Vexillarium alloquens, eumque pacis oſculo ſalutans.

¶ *CUM DD. Archiepiſcopus Vexilla benedicit in Eccleſia Metropolitana, cætera obſervantur quæ in Cæremoniali Archiepiſcopali præſcripta occurrunt.*

Digitized by Google

BENEDICTIO DOMUS NOVÆ.

SACERDOS Superpelliceo & Stolâ indutus, comitem habens miniſtrum Vas Aquæ-benedictæ gerentem, in ipſo domûs ingreſſu, dicit:

℣. Pax huic dómui,
℟. Et ómnibus habitántibus in ea.
℣. Intrantes in domum ſuam,
℟. Conquieſcant cum ſapiéntia. *Sap.* 8.
℣. Perámbulent in innocéntia cordis ſui,
℟. In médio domûs ſuæ. *Pſ.* 100.
℣. Adjutórium ✠, &c. ℣. Dómine, exáudi.
℣. Dóminus vobiſcum.

OREMUS.

DOMINE Jeſu Chriſte, qui Apóſtolis tuis præcepiſti ut in quamcumque domum intrárent, pacem illi apprecarentur; hanc domum, quæſumus, per noſtrum miniſtérium ſanctífica ✠; effunde ſuper eam tuæ benedictiónis ✠ & pacis abundántiam; fiat ei ſalus, ſicut dómui Zachæi, te intrante, facta eſt; Angelis tuis manda ut eam cuſtódiant, & ab ipſa omnem repellant inimíci poteſtátem; pláceant tibi habitatóres ejus, religiónis, charitátis, modéſtiæ, caſtitátis & ómnium virtútum opéribus; ut cunctis diébus ſint ſuper eos óculi tui & cor tuum, &, diſſolútâ hujus habitatiónis domo terreſtri, recipiantur in domum non manufactam æternam in cœlis: Qui vivis & regnas cum Deo Patre, &c.

Poſteà Domûs quatuor latera in modum Crucis aſpergens Aquâ-benedictâ, dicit

Ant. Aſperges me, Dómine, hyſſópo, & mundábor; lavábis me, & ſuper nivem dealbábor.

℣. Miſerére meî, Deus, * ſecundùm magnam miſericórdiam tuam. Glória Patri, &c.

Repetitur Ant. Aſperges me, &c.

Factâ aſperſione, dicit:

℣. Dóminus vobiſcum, &c.

Digitized by Google

OREMUS.

EXaudi nos, Dómine ſancte, Pater omnípotens, æterne Deus; & míttere dignáre ſanctum Angelum tuum de cœlis, qui cuſtódiat & prótegat omnes in hac domo habitantes. Per Dóminum, &c.

℟. Amen.

BENEDICTIO NOVÆ NAVIS, AUT CYMBÆ.

℣. Adjutórium ✠, &c.
℣. Benedícant te, Dómine, cœli & terræ,
℟. Mareque, & fontes, & flúmina. *Tob.* 8.
℣. Tu domináris poteſtáti maris;
℟. Motum autem flúctuum ejus tu mítigas. *Pſ.* 88.
℣. Dómine, exáudi. ℣. Dóminus vobíſcum, &c.

OREMUS.

DOMINE Jeſu Chriſte, qui intuéris abyſſos, & ſedes ſuper Chérubim; qui pédibus ſuper mare ambulaſti, ipſumque & ventos verbo conquiéſcere feciſti: propitiáre ſupplicatiónibus noſtris; & Navem (*vel* Cymbam) iſtam, cum ómnibus in ea navigántibus, déxterâ tuâ ſanctâ benedícere ✠ dignéris, ſicut benedixiſti Arcam Noë ſuper aquas dilúvii, te gubernante, fluctuantem. Pórrige, quæſumus, Dómine, fámulis tuis manum auxiliatrícem, ſicut porrexiſti Beáto Petro ſuper mare ambulanti: mitte ſanctum Angelum tuum de cœlis, qui hoc Navígium, & omnes eo vectos, ab univerſis periculis ſemper cuſtódiat; & præſta ut fámuli tui curſu próſpero ad portum optátum cum gratiárum actióne pervenire váleant. Qui vivis & regnas Deus. ℟. Amen.

Tum Sacerdos totam Navem aut Cymbam aſpergit Aquâ benedictâ, dicens Ant. Aſperges me, &c.

℣. Miſerére meî Deus. Glória Patri. Aſperges.

Deindè

Deindè legit ſequens Evangelium.

℣. Dóminus vobíſcum;

Et cum ſpíritu tuo.

Sequéntia ſancti Evangélii ✠ ſecundùm Matthæum. *Cap.* 8. *v.* 23. *ad* 27.

ASCENDENTE Jeſu in navículam, ſecúti ſunt eum diſcípuli ejus: & ecce motus magnus factus eſt in mari, ita ut navícula operirétur flúctibus; ipſe verò dormiébat. Et acceſſérunt ad eum diſcípuli ejus, & ſuſcitavérunt eum, dicentes: Dómine, ſalva nos, perímus. Et dicit eis Jeſus: Quid tímidi eſtis, módicæ fidei? Tunc ſurgens, imperávit ventis & mari; & facta eſt tranquíllitas magna. Porrò hómines miráti ſunt, dicentes: Qualis eſt hic, quia venti & mare obédiunt ei?

℟. Laus tibi, Chriſte.

Lectio Evangelio, recitat Sacerdos alternatim cum miniſtro Pſalmodiam ſequentem.

E PSALMO 106.

CONFITEANTUR Dómino miſericórdiæ ejus, * & mirabília ejus filiis hóminum.

Et ſacrificent ſacrifícium laudis; * & annúntient ópera ejus in exultatióne.

Qui deſcendunt mare in návibus, * facientes operatiónem in aquis multis;

Ipſi vidérunt ópera Dómini, * & mirabília ejus in profundo.

Dixit, & ſtetit ſpíritus procellæ; * & exaltáti ſunt fluctus ejus.

Aſcendunt uſque ad cœlos, & deſcendunt uſque ad abyſſos: * ánima eórum in malis tabeſcébat.

Turbáti ſunt, & moti ſunt ſicut ébrius; * & omnis ſapiéntia eórum devoráta eſt.

Et clamavérunt ad Dóminum cùm tribularentur; * & de neceſſitátibus eórum eduxit eos.

Et ſtatuit procellam ejus in auram; * & ſiluérunt fluctus ejus.

Et lætáti ſunt quia ſiluérunt : * & deduxit eos in portum voluntátis eórum.

Glória Patri, &c.

Ant. Dediſti, Pater, & in mari viam, & inter fluctus ſémitam firmiſſimam, oſtendens quóniam potens es ex ómnibus ſalváre. *Sap.* 14.

Poſtremò Sacerdos ſigno Crucis Navem (vel Cymbam) conſignans, dicit :

Benedíctio ✠ Dómini ſit ſuper Navem (*vel* Cymbam) iſtam, & ſuper omnes in ea navigantes ; ut nullis quatiantur tempeſtátibus, ſed ſani atque incólumes eant & rédeant, ac tandem ad æternæ ſalútis portum felíciter pervenire mereantur. Per Dóminum, &c.

BENEDICTIO LOCI, SEU CUBICULI.

℣. Adjutórium ✠, &c. ℣. Dóminus vobíſcum, &c.

OREMUS.

BENEDIC ✠, Dómine Deus omnípotens, Locum iſtum, ut ſit in eo ſánitas, fáuſtitas, pax & quies ; Dei & próximi diléctio, quæ eſt plenitúdo Legis, humílitas, caſtitas, bónitas & manſuetúdo, ac demùm pro ſuſceptis ánimæ córporiſque bonis gratiárum áctio Deo Patri, & Fílio, & Spíritui Sancto : jugiſque ſuper hunc locum, & ſuper ejus habitatóres máneat hæc benedíctio ; Per Dóminum. ℟. Amen.

Et Aquâ-benedictâ in modum Crucis aſpergatur Locus ad quatuor latera.

BENEDICTIO PUTEI.

℣. Adjutórium ✠, &c. ℣. Dóminus vobíſcum, &c.

OREMUS.

DOMINE Jeſu Chriſte, qui juxta púteum fatigátus ex itínere ſediſti, & Samaritánæ aquam ex eo haurire venienti,

Digitized by Google

dícere dignátus es, Da mihi bíbere, ejus converſiónem & ſalútem magis ſtiens quàm próprii córporis levámen; hujus, quæſumus, aquas Púrei benedícere ✠, ſanctificáre ✠ & purificáre ✠ dignéris, ut fiat ipſe Púteus fons aquárum indeficiens, júgiterque ad ſitim levandam ſálubris; & concéde ut quicumque ex eo bíberint, non modò corporále refrigérium quærant, ſed à te aquam vivam toto corde póſtulent, de qua dixiſti: Qui bíberit ex aqua quam ego dabo ei, non ſtiet in æternum. Qui vivis & regnas Deus. ℟. Amen.

Oremus.

SALVATOR mundi, benigníſſime Jeſu, fons aquæ vivæ júgiter fluens & nunquam deficiens; concéde Fidélibus tuis ex hoc Púteo póculum ſimul & refrigérium córpori ſalubérrimum; & ne ſit ánima noſtra ſicut ſine terra aqua tibi, tuam ſuper nos, quæſumus, grátiam effunde, quæ fiat in nobis fons aquæ ſalientis in vitam æternam: Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitáte, &c.

Et aſpergatur Puteus Aquâ-benedictâ.

BENEDICTIO VILLÆ,

Agrorumque, Vinearum & Hortorum ad eam pertinentium.

℣. Adjutórium ✠, &c. ℣. Dóminus vobiſcum, &c.

Oremus.

EXAUDI nos, Dómine ſancte, Pater omnípotens, æterne Deus; & hanc Villam cum ſuis habitatóribus, & quæcumque in ipſa ſunt, benedícere ✠, continuâque protectióne tuéri dignéris. Procul ab ea calámitas omnis arceátur: pax & ſecúritas cum ditíſſimo rerum ómnium proventu ibi ſint & permáneant. Concéde ipſius cultóribus de rore cœli & de pinguédine terræ abundántiam: ſuper ipſórum labóres tuam effunde benedictiónem: áperi eis de manu tua fontem ómnium bonórum; repleantur hórrea ſaturitáte, (redundent vino torculária;) ſint árbores eorum fructíferæ, oves fœtóſæ,

boves craſſæ ; abundent omni fœtu pécorum & jumentórum ; & de ſibi conceſsâ rerum ómnium largitáte grátias tibi lætíſſimas perſolvant : hoc dénique ómnium máximum illis benefícium concéde, ut, regnum tuum & juſtítiam tuam ante ómnia quærentes, ex bonórum temporálium viſíbili ſolátio ad inviſíbília æternaque in terrâ vivéntium conſequenda diſponantur. Per Dóminum, &c.

℟. Amen.

[*In locis ubi nulla ſunt vineta, omittitur parentheſis.*]

Deindè Villa, in præcipuis locis, Aquâ-benedictâ in modum Crucis aſpergitur.

BENEDICTIO AGRI.

℣. Adjutórium ✠ noſtrum, &c.
℣. Dóminus dabit benignitátem ;
℟. Et terra noſtra dabit fructum ſuum. *Pſ.* 84.
℣. Benedíces corónæ anni benignitátis tuæ, Dómine ;
℟. Et campi tui replebuntur ubertáte. *Pſ.* 64.
℣. Aperiente te manum tuam,
℟. Omnia implebuntur bonitáte. *Pſ.* 103.
℣. Dómine, exáudi, &c.
℣. Dóminus vobiſcum, &c.

OREMUS.

RESPICE, quæſumus, Dómine, ſuper Agrum iſtum, eíque ſalutáris abundántiam roris tríbue ; deduc ſuper eum imbrem in témpore ſuo, & plúvias benedictiónis. Non grando, non tempeſtas, non aquárum inundátio, non cœli intempéries, non maléfica nóceant animália ; ſed larga tuæ manûs benedíctio ✠ deſcendat, quâ fœcundátus & impinguátus hic Ager, fructum ſuis cultóribus áfferat centéſimum. Per Chriſtum Dóminum noſtrum Jeſum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs ſancti Deus, per ómnia ſécula ſeculórum.

℟. Amen.

Digitized by Google

Oremus.

DOMINE Deus omnípotens, cujus paterna providéntia dat escam omni carni; effunde, quæsumus, super hanc terram copiosíssimum tuæ benedictiónis ✠ rorem; & Fidélibus tuis pro temporáli collàta præsídio, ad vitam converte propítius æternam. Per Dóminum, &c. ℟. Amen.

Et aspergatur Ager Aquâ-benedictâ.

Benedictio Seminis.

℣. Ajutórium ✠, &c. ℣. Dóminus vobíscum, &c.

Oremus.

DOMINE Deus omnípotens, cujus ineffábili providéntiâ descendit imber de cœlo, & inébriat terram, & germináre eam facit, & dat semen serenti, & panem comedenti; bénedic ✠, quæsumus, hoc semen, creatúram tuam; bénedic & terram cui committitur. Non ficcitáte arescat; non putrescat nímiâ ímbrium abundántiâ; non sit præda noxiórum animálium: moriátur in terra, ne solum máneat; felíciter púlluler, felíciter crescat, multiplicétur & matureſcat, fructumque seminántibus, te, Dómine, ubertátem illi impertiente, reddat plúrimum; & præsta ut, postquàm sémina pœniténtiæ operosæque virtútis flentes míserint, cum exultatióne portent locupletíssimos æternæ mercédis manípulos. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui est frumentum electórum, ac tecum vivit & regnat in unitáte, &c.

℟. Amen.

Deindè aspergitur Semen Aquâ-benedictâ.

Digitized by Google

BENEDICTIO

SUPER FRUGES TERRÆ.

SI QUIS villæ ſuæ Frugum Benedictionem ab Eccleſia poſtulet, ut ipſas Deus ad maturitatem perducat; recentium ex agro ſpicarum faſciculum, in vaſe aut caniſtro, ſubſtrato mantili, decenter compoſitum, Sacerdoti ad Aram ſtanti offeret; ſuper quem ille, ſuam ad reliquas Fruges intentionem dirigens, dicet:

℣. Adjutórium ✠, &c.
℣. Viſitaſti terram, Dómine, & inebriaſti eam;
℟. Multiplicaſti locupletáre eam. *Pſ.* 64.
℣. Paraſti cibum illórum;
℟. Quóniam ita eſt præparátio ejus. *Ibid.*
℣. Rivos ejus inébria;
℟. Multíplica genímina ejus. *Ibid.*
℣. Exultatióne colles accingentur,
℟. Et valles abundábunt frumento. *Ibid.*
℣. Dómine, exáudi. ℣. Dóminus vobiſcum.

OREMUS.

OMNIPOTENS ſempiterne Deus, qui per Móyſen fámulum tuum Iſraëlítico pópulo ſic olim præcepíſti: Fílii Iſraël, cùm ingreſſi fúerint terram promiſſiónis, primítias frugum ſuárum ófferant Sacerdótibus, & erunt benedícti; réſpice propítius ad Fidélium tuórum pietátem, haſque primítias creatúræ tuæ, quas áëris & plúviæ temperamento nutriviſti, benedictiónis ✠ tuæ imbre perfúndere, & fructus terræ tuæ ad plenam maturitátem perdúcere dignéris. Tríbue étiam, Dómine, pópulo ſupplicanti de tuis munéribus tibi ſemper grátias ágere, ſicque à fertilitáte terræ ánimas eſuriéntium bonis affluéntibus repléri, ut ad beátam illam pátriam toto corde ſuſpírent, ubi æternis refecti delíciis, non eſúrient neque ſítient ámpliùs. Per Chriſtum, &c. ℟. Amen.

Digitized by Google

Oremus.

DOMINE Deus omnípotens, cujus in manu elementa ſunt áëriſque tempéries, qui benéfacis de cœlo, dans plúvias & témpora fructífera, implens cibo & lætítiâ corda noſtra; réſpice, quæſumus, de excelſo glóriæ tuæ habitáculo: benedic pópulo tuo ✠, & terræ ✠ quam dediſti nobis; concéde ſupplicatiónibus noſtris fruges in perfecta maturitáte abundantes; & præſta ut ipſis cum gratiárum actióne collectis ad glóriam nóminis tui & ad noſtram ſalútem utámur. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Oremus.

LARGIRE nobis, quæſumus, Dómine, fámulis tuis in ſpe cœleſtis pátriæ hìc peregrinántibus, ubertátem frugum, & quæcumqueália hujus vitæ neceſſária; ut, abundante viático in præſenti, libérius ad futúra dona tendámus. Per Dóminum noſtrum, &c. ℟. Amen.

Tum aſpergantur Fruges Aquâ-benedictâ.

℣ Celebrari poteſt Miſſa *pro Fructibus terræ*, ut in Miſſali.

Benedictio novorum Fructuum.

℣. Adjutórium ✠, &c. ℣. Dóminus vobiſcum, &c.

Oremus.

BENEDIC ✠, Dómine, hos novos Fructus; & præſta, ut qui ex eis in tuo ſancto nómine veſcentur, córporis & ánimæ ſalútem percípiant. Per Chriſtum, &c. ℟. Amen.

Oremus.

TE DEPRECAMUR, omnípotens Deus, ut hos novos Fructus benedícas ✠; & qui, poſt manducátum vétitæ árboris fructum, in protoparente juſtâ mortis ſenténtiâ mulctáti ſumus, per Spíritûs tui benedictiónem ſanctificáti, depulſâ

Digitized by Google

BENEDICTIO AGNI IN PASCHA.

(*Stola alba.*)

℣. Adjutórium ✠, &c. ℣. Dóminus vobiſcum, &c.

OREMUS.

DEUS qui per Móyſen fámulum tuum in liberatióne pópuli tui de Ægypto Agnum occídi juſſiſti in ſimilitúdinem Dómini noſtri Jeſu Chriſti, & utrumque poſtem domórum de sánguine ejuſdem Agni perungi præcepiſti; benedícere ✠ & ſanctificáre ✠ dignéris hanc carnem, creatúram tuam; & præſta, ut qui eam in his Feſtis Paſchálibus ſúmpſerint, repaŕátæ Agni immaculáti Sánguine libertátis lætítiam percípiant per Reſurrectiónem ejuſdem Dómini noſtri Jeſu Chriſti; Qui tecum vivit & regnat in unitáte, &c. ℟. Amen.

Deindè Sacerdos aſpergit Agnum Aquâ-benedictâ.

BENEDICTIO OVORUM IN PASCHA.

(*Stola alba*)

℣. Adjutórium ✠, &c. ℣. Dóminus vobiſcum, &c.

OREMUS.

ADSIT, quæſumus; Dómine, his ovis à te creátis copióſa tuæ benedictiónis ✠ infuſio; ut cibus ſálubris fiat Fidélibus tuis cum gratiárum actióne ſuméntibus, ob Reſurrectiónem Dómini noſtri Jeſu Chriſti; Qui tecum vivit & regnat in unitáte, &c. ℟. Amen.

Tum in Ova fit aſperſio Aquæ-benedictæ.

BENEDICTIO

Cujuſlibet eſculenti, vel poculenti.

℣. Adjutórium ✠, &c. ℣. Dóminus vobiſcum, &c.

OREMUS.

BENEDIC ✠, Dómine, creatúram iſtam, quam nobis in cibum (*vel* potum) dediſti; & præſta, per invocatiónem ſancti tui Nóminis, ut quicumque ex ea cum gratiárum actióne tuíque auxílii fidúcia ſúmpſerint, córporis ſanitátem, & ánimæ tutélam conſequantur; ſicque de tua largitáte affluéntibus utantur ſubsídiis, ut Regnum tuum ſemper concupiſcant, quod non eſca & potus eſt, ſed juſtítia, & pax, & gáudium in Spíritu ſancto. Per Dóminum..... in unitáte ejuſdem, &c.

℟. Amen.

Tum aſpergatur cibus vel potus Aquá-benedictá.

BENEDICTIO

Generalis cujuſlibet rei.

℣. Adjutórium ✠, &c. ℣. Dóminus vobiſcum, &c.

OREMUS.

DEUS, cujus verbo ſanctificantur ea quæ vel fácimus, vel percípimus; tuam, quæſumus, effunde benedictiónem ✠ ſuper hanc creatúram; ut, per invocatiónem ſancti tui Nóminis, quæcumque in præſentis vitæ neceſſitáte fiduciáliter poſtulámus, de tua benignitáte cum gratiárum actióne conſequámur. Per Dóminum noſtrum, &c. ℟. Amen.

Tum in rem quæ benedicitur, fiat aſperſio Aquæ-benedictæ.

✠

Digitized by Google

BENEDICTIO AGRORUM.

Vinearum vel Hortorum, ut ab eis locustæ, bruchi, aut alia quævis noxia insecta vel animalia expellantur.

HANC Benedictionem non exequatur Parochus, nisi priùs consulto Diœcesano Præsule, à quo nempè judicetur utrùm eam exequi necesse sit, vel utile.

Si accesserit Pontificis consensus, locum noxiis animalibus máximè infestatum adibit Sacerdos, Superpelliceo indutus, & Stolâ violacei coloris; eumque primò asperget Aquâ-benedictâ; tum dicet:

℣. Adjutórium ✠, &c. ℣. Dóminus vobiscum, &c.

OREMUS.

OMNIPOTENS sempiterne Deus, bonórum ómnium auctor & conservátor, exáudi nos propítius, & concéde, ut quod de tua misericórdia confísi ágimus, tuæ benedictiónis ✠ impleátur effectu; quátenùs hos vermes (*vel* hos mures, hos bruchos, has aves, has locustas) & nóxia quæcumque animália exterminâre dignéris; ut ab ísta calamitáte liberáti, débitas Majestáti tuæ gratiárum actiónes referámus. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

OREMUS.

DOMINE Deus noster, quo dante, collígimus, quo aperiente manum, ómnia implentur bonitáte; largíri & conservâre dignéris fructus terræ; ut temporálibus gaudeámus auxíliis, & spirituálibus proficiámus incrementis; Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

OREMUS.

DEUS, qui famulórum tuórum Móysi & Aáron ministério, ab Ægyptiis, pro tui nóminis glória, locustas, bruchos, cy-

niphes aliaque flagella in obdurátum Regem inflicta depulisti, & à filiis Israël prohibuisti; à Pópulo tuo quem Fílii tui pretióso Sánguine redemisti, símiles auferre dignéris calamitátes; ut poténtiæ & bonitátis tuæ beneficia grato semper ánimo celebrémus. Per eumdem Christum, &c.

OREMUS.

OMNIPOTENS & clementíssime Deus, in quem sperant ómnium óculi, & qui das escam hóminum in témpore opportúno: super hos Agros (*vel* super has Víneas, *vel* super hos Hortos) tuam, quæsumus, emitte benedictiónem ✠; ut non grando comminuat, non turbo subvertat, non tempestas devastet, non aqua demergat, non exúrat æstus, non corródant animália nóxia; sed incólumes úbereſque fructus nostro úsui ad plenam maturitátem perdúcere dignéris. Per Dóminum, &c. ℟. Amen.

Agros deindè (vel *Vineas*, vel *Hortos*) *aſperget Aquâ benedictâ, recitans Pſalmum* 50. Miserére mei, Deus, &c.

Quo factо, leget ſequens Evangelium:

℣. Dóminus vobiscum;

℟. Et cum spíritu tuo.

Sequéntia sancti Evangélii secundùm Marcum. *cap.* 16. *à v.* 15. *ad* 18.

Glória tibi, Dómine.

IN illo témpore, dixit Jesus discípulis suis: Euntes in mundum universum, prædicáte Evangélium omni creatúræ. Qui credíderit, & baptizátus fúerit, salvus erit; qui verò non credíderit, condemnábitur. Signa autem eos qui credíderint, hæc sequentur: in nómine meo dæmónia ejícient, linguis loquentur novis, serpentes tollent; & si mortíferum quid bíberint, non eis nocébit: super ægros manus impónent, & benè habébunt. ℟. Laus tibi, Christe.

OREMUS.

PRECES nostras, quæsumus, Dómine, clementer exáudi; ut qui justè pro peccátis nostris afflígimur, & hanc noxiórum animálium calamitátem pátimur, ab ea, propter glóriam

Nóminis tui, misericórditer liberémur; quátenùs per poténtiam tuam expulsa, nulli nóceant, & hos Agros (*vel* has Víneas, *vel* hos Hortos) intactos (*vel* intactas) dimittant; & quæ ex eis collecta fúerint, ad laudem tuæ Majestátis & nostram sustentatiónem cum gratiárum actióne percepta desérviant. Per Dóminum, &c.

Agros demùm, Vineas, vel Hortos Aquâ-benedictâ in modum Crucis aspergat, dicens:

Benedíctio Dei omnipotentis, Patris ✠, & Fílii, & Spíritûs sancti descendat super hos Agros (*vel* has Víneas, *vel* hos Hortos) & eórum (*vel* eárum) fructus; & máneat semper. ℟. Amen.

℣ Celebrari potest Missa *pro Fructibus terræ*, ut in Missáli.

BENEDICTIO ANIMALIUM

Morbo contagioso laborantium.

CUM oves, aut boves, aliave animalia morbo contagioso laborant; Sacerdos, si religiosâ mente pioque affectu ad Ecclesiæ preces confugiant domini, re priùs ad Diœcesanum Antistitem delatâ, acceptoque ipsius mandato, ad pecus accedit, Superpelliceo indutus & Stolâ violaceâ, comitante Clerico aliove ministro, Vas Aquæ-benedictæ gestante; & dicit:

℣. Adjutórium ✠, &c. ℣. Dóminus vobíscum, &c.

OREMUS.

DEUS, qui omne quod movétur & vivit, homínibus in cibum tradidísti; hæc animália vitæ nostræ sustentandæ & alendæ destináta benedícere ✠ dignéris; neque sinas úsibus nostris ea perire, quibus uti ad glóriam tuam & cum débita gratiárum actióne constitúimus. Per Christum, &c.

[*Si sint equi, aut alia quævis animalia quibus homines non vescuntur; loco præcedentis Orationis, dicitur sequens.*

OREMUS.

DEus, cui ómnia sérviunt, & quo suáviter dispónente, mutæ ipsæ pécudes homínibus obsequuntur & auxiliantur; animália ista, filiórum tuórum úsibus ac solátio necessária, benedícere ✠ & sanáre dignéris; & ne illa nobis péreant, tuæ in nos misericórdiæ recordátus, percutientis Angeli tui jube manum cessáre; Per Christum, &c.]

Deindè, cujusvis generis sint animalia, subjungitur:

OREMUS.

AVERTE, quæsumus, Dómine, à Fidélibus tuis cuncta propítius flagella; & morbórum in animália sæviéntium depelle perníciem; ut quos suo mérito plectis dévios, fóveas tuâ misericórdiâ correctos. Per Christum, &c. ℟. Amen.

Alternis postèà recitatur Psalmus 50 Miserére meî, Deus, &c. *cui adduntur sequentia.*

℣. Multa flagella peccatóris;

℟. Sperantem autem in Dómino misericórdia circúmdabit. *Ps.* 31.

℣. Hómines & jumenta salvábis, Dómine;

℟. Quemádmodùm multiplicásti misericórdiam tuam, Deus. *Ps.* 35.

℣. Benedixit eis, & multiplicáti sunt nimis;

℟. Et jumenta eórum non minorávit. *Ps.* 106.

℣. Dómine, exáudi, &c.

℣. Dóminus vobíscum, &c.

OREMUS.

OMNIPOTENS sempiterne Deus, effunde, quæsumus, tuam super hæc animália benedictiónem ✠; ut quæ peccántibus nobis inutília & nóxia facta sunt, pœniténtibus, te miserante, salva fiant & salutária.

✠

Digitized by Google

OREMUS.

DEUS, quem, homínibus ad imáginem tuam cónditis inſerviendo, benedícunt & laudant de terra béſtiæ & univerſa pécora; da nos, propter animálium, quæ in noſtros uſus creaſti, incolumitátem te benedícere & laudáre; ut quæ, propter delicta noſtra, maledicto ſúbjacent, nos convertentis & ſalvantis miſericórdiæ tuæ benedictióne ✠ ſanentur. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Pſalmus 8. Dómine Dóminus noſter, * &c. *ut ſuprà, pag.* 44.

Glória Patri, &c.

Ant. Státuam pactum meum vobiſcum, & ad omnem ánimam viventem quæ eſt vobiſcum, in generatióne ſempiterna. *Gen.* 9.

℣. Sanat ómnia ſermo tuus, Dómine,

℟. Qui vitæ & mortis habes poteſtátem. *Sap.* 16.

℣. Dómine, exáudi, &c. ℣. Dóminus vobiſcum, &c.

OREMUS.

DEUS, à quo, ómnium quæ ſunt, vita eſt & ſánitas; animália, quæ ſuſtentandæ hóminum vitæ ſervíre voluiſti, nobis conſervári tuâ pietáte dignéris; & ex illis à te petentes cibum qui perit, fac, vigilantes & orantes, cibum operári qui pérmanet in æternum; Per Dóminum, &c. ℟. Amen.

[*Si ſint equi, aut alia quævis animalia quibus homo non veſcitur; loco præcedentis Orationis, dicitur ſequens.*

OREMUS.

PATER cœleſtis, refúgium noſtrum in neceſſitátibus, tuére propítius & conſerva hæc animália, quæ vitæ noſtræ ſubsídio & adjumento eſſe voluiſti: atque ex his à te módica & tranſeúntia ſolátia quærentes, fac æternam ac veram, quæ in te ſolo eſt, conſolatiónem & ſincériter ambíre, & felíciter adipíſci. Per Dóminum, &c. ℟. Amen.]

OREMUS.

DOMINE Jeſu Chriſte, qui homo natus propter nos, voluíſti in præſépio reclinári, & in illo à caſtiſſima Matre tua, ípſiuſ-

Digitized by Google

que integérrimo Sponſo, ab Angelis ſanctis & piis Paſtóribus adorári; quæſumus, ut ejuſdem Vírginis Matris, beatórum Angelórum & ómnium Sanctórum interceſſióne, & peccáta noſtra dimittas, & quiéta ſanaque animálium noſtrórum præſépia eſſe júbeas; Qui vivis & regnas Deus. ℟. Amen.

Poſtremò Sacerdos animalia aſpergit Aquâ-benedictâ.

¶ In Miſſa dici poteſt Oratio *contra peſtem animalium*, inter Orationes ad diverſa.

BENEDICTIO PANIS,

Vel cujuſlibet eſcæ animalibus morbo contagioſo laborantibus offerendæ.

(*Stola violacea.*)

Ad hanc Benedictionem exequendam, priùs requirendum eſt, ſi fieri poſſit, Diœceſani Præſulis judicium.

℣. Adjutórium ✠, &c. ℣. Dóminus vobiſcum, &c.

OREMUS.

DOMINE Deus, ómnium cónditor & conſervátor, cujus in manu eſt ánima omnis viventis, & ſpíritus univerſæ carnis; qui jumentis & pecóribus propter hóminem creátis das eſcam & ſanitátem: exáudi, quæſumus, tuórum Fidélium preces, ad te in afflictióne ſua clamántium; & hunc panem nutriendis & ſanandis animálibus ſepóſitum (*vel* hos terræ tuæ fruges nutriendis & ſanandis animálibus ſepóſitos) cœleſti benedictióne ✠, tuæque ínviſíbilis operatiónis virtúte perfunde; ut animália, cùm ex eo (*vel* ex iis) guſtáverint, depulsâ omni ægrotatióne, humánis úſibus ac neceſſitátibus tuâ miſeratióne ſerventur. Per Dóminum.

Et in panem, aut quamlibet animalium eſcam fit aſperſio Aqua-benedicta.

¶ *Videant, pro ſua religione, Paſtores diligenter, ne quid ſuperſtitioſum, hujus Benedictionis occaſione, committatur; ne v. g. panis benedictus ægrorum animalium collo appendatur.*

PRECES

PRECES AD ADVERTENDAM TEMPESTATEM.

℣. Adjutorium ✠ noſtrum in nomine Domini,
℟. Qui fecit cœlum & terram. *Pſ.* 123.
℣. Oſtende nobis, Domine, miſericordiam tuam;
℟. Et ſalutare tuum da nobis. *Pſ.* 84.
℣. Salvum fac populum tuum, Domine,
℟. Et benedic hæreditati tuæ. *Pſ.* 27.
℣. Miſerere noſtrî, Domine, miſerere noſtrî;
℟. Quia multùm repleti ſumus deſpectione. *Pſ.* 122.
℣. Non ſecundùm peccata noſtra facias nobis;
℟. Neque ſecundùm iniquitates noſtras retribuas nobis. *Pſ.* 102.
℣. Timeat Dominum omnis terra;
℟. Ab eo autem commoveantur omnes inhabitantes orbem. *Pſ.* 32.
℣. Qui reſpicit terram, & facit eam tremere;
℟. Qui tangit montes, & fumigant. *Pſ.* 103.
℣. Non in perpetuum iraſcetur,
℟. Neque in æternum comminabitur. *Pſ.* 102.
℣. Qui confidunt in Domino, ſicut mons Sion;
℟. Non commovebitur in æternum qui habitat in Jeruſalem. *Pſ.* 124.
℣. Dominus in circuitu populi ſui,
℟. Ex hoc nunc, & uſque in ſeculum. *Pſ.* 124.
℣. Domine, exaudi.
℣. Dominus vobiſcum.

OREMUS.

SANCTA & incomprehenſa Trinitas, cujus in nomine baptizati ſumus, & cui humiliter proſtrati ſupplicamus: eripe nos ab imminentibus flagellis; & quidquid in elementis iræ tuæ famulantibus ſævum ac terribile eſt, longè à populo tibi conſecrato avertat tuæ dignatio miſericordiæ.

OMNIPOTENS ſempiterne Deus, qui magnus es fortitudine, & judicio, & juſtitiâ; qui facis ventis pondus, & aquas

appendis in menſura ; qui ponis pluviis legem, & viam procellis ſonantibus ; qui das vehementiſſimo imbri curſum, & viam ſonantis tonitrui : familiam tuam ad te confugientem ab omni periculo & adverſitate cuſtodi ; nec permittas ut creatura tua, quæ, tibi factori ſuo deſerviens, exardeſcit in tormentum adversùs injuſtos, in nos, prout meremur, ſæviat, ſed lenior fiat ad benefaciendum his qui in te confidunt : licèt enim peccaverimus, licèt injuſtè egerimus, tuâ tamen gratiâ in toto corde noſtro revertimur ad te qui fons juſtitiæ es, & projicimus à nobis omnes iniquitates noſtras, ut te totâ mente diligamus, tibique in ſanctitate & juſtitia ſerviamus omnibus diebus noſtris.

DOMINE Deus, terribilis atque laudabilis, cujus iræ nemo reſiſtere poteſt, cujus per brachii fortitudinem flagellati ſunt impii grandinibus, pluviis, & igne : eſto propitius hæreditati tuæ ; parce populo quem pretioſo Filii tui Sanguine redemiſti, & ne perdas nos cum impiis Nomen ſanctum tuum negantibus ; reminiſcere miſerationum tuarum, neque nos in furore tuo corripias : propulſare à nobis dignare nubium terrores, clades procellarum, turbinum impetus deſtruentes ac diſſipantes, vaſtationes grandinum ac torrentium, percuſſiones & incendia fulminum ; ut qui te juſtiſſimum vindicem à voce tonitrui tui formidamus, te benigniſſimum patrem, depulſo omni periculo, ſentiamus.

PROTEGE, Domine, famulos tuos ſubſidiis pacis ; & Beatæ Mariæ ſemper Virginis patrociniis confidentes, à cunctis hoſtibus & periculis redde ſecuros.

DEUS qui ineffabili providentiâ ſanctos Angelos tuos ad noſtram cuſtodiam mittere dignaris ; largire ſupplicibus tuis & eorum ſemper protectione defendi, & æternâ ſocietate gaudere.

PROTECTOR noſter aſpice, Deus ; &, intercedente Beato (*vel* Beatâ) N. cum Beatis Martyribus Dionyſio, Ruſtico & Eleutherio, Beato Pontifice Marcello, & Beatâ virgine Ge-

Digitized by Google

noveſâ, quos nobis apud te Patronos dediſti, & omnibus Sanctis tuis, ad tuendum nos dexteram tuam propitius extende.

AD te nos, Domine, clamantes exaudi, & aëris ſerenitatem nobis tribue ſupplicantibus; ut qui juſtè pro peccatis noſtris affligimur, miſericordiâ tuâ præveniente, clementiam ſentiamus.

LARGIRI & conſervare digneris fructus terræ, Domine Deus noſter; ut temporalibus gaudeamus auxiliis, & ſpiritualibus proficiamus incrementis.

AVERTE, quæſumus, Domine, iram tuam à nobis; & fac nos temporalia flagella ſic metuere, ut ſempiterna ſupplicia magis formidemus, neque perdamur cum impiis peccatoribus, quibus, juxta veraciſſimam Apoſtoli tui ſententiam, procella tenebrarum ſervata eſt in æternum; ſed nos in dilectione tua ſervemus, expectantes miſericordiam Domini noſtri Jeſu Chriſti in vitam æternam; Qui tecum vivit & regnat Deus.

℟. Amen.

Deindè recitabuntur ſequentes Pſalmi.

Pſ. 66. Deus miſereatur.

Pſ. 90. Qui habitat.

Pſ. 148. Laudate Dominum de cœlis.

℣. Propter gloriam Nominis tui, Domine, libera nos;

℟. Et propitius eſto peccatis noſtris propter Nomen tuum. *Pſ.* 78.

OREMUS.

DOMINE Jeſu, qui imperaſti ventis & mari, & facta eſt tranquillitas magna: exaudi preces familiæ tuæ; & præſta, ut, per invocationem ſanctiſſimi Nominis tui, omnis diſcedat ſævitia tempeſtatum; Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

Si ſæviat adhùc tempeſtas, recitari poterunt ſeptem Pſalmi pœnitentiales; Litaniæ ſanctiſſimi Nominis Jeſu; Litaniæ Beatæ Mariæ Virginis, *atque etiam hujus Roſarium* (gallicè, (*Chapelet*); Litaniæ Sanctorum.

Digitized by Google

¶ *SEDATA tempeſtate, recitabitur Canticum* Te Deum laudamus, *cum Pſalmis ſequentibus.*

Pſ. 28. Afferte Domino.

Pſ. 116. Laudate Dominum, omnes gentes.

Pſ. 150. Laudate Dominum in ſanctis ejus.

Poſteà dicetur Ant. Non delectaris in perditionibus noſtris, Domine; quia, poſt tempeſtatem, tranquillum facis, & poſt lacrymationem & fletum, exultationem infundis: ſit nomen tuum, Deus Iſraël, benedictum in ſecula. *Tob.* 3.

℣. Illuxerunt coruſcationes tuæ orbi terræ:

℟. Commota eſt & contremuit terra. *Pſ.* 76.

℣. De cœlo auditum feciſti judicium:

℟. Terra tremuit, & quievit. *Pſ.* 75.

℣. Intonuit de cœlo Dominus, & Altiſſimus dedit vocem ſuam:

℟. Ignis à facie ejus exarſit. *Pſ.* 17.

℣. Educens nubes ab extremo terræ,

℟. Fulgura in pluviam fecit. *Pſ.* 134.

℣. Sit nomen Domini benedictum,

℟. Ex hoc nunc, & uſque in ſeculum. *Pſ.* 112.

℣. Dixit, & ſtetit ſpiritus procellæ;

℟. Et ſtatuit procellam in auram. *Pſ.* 106.

℣. Miſerator & miſericors Dominus,

℟. Longanimis, & multùm miſericors. *Pſ.* 102.

℣. Non ſecundùm peccata noſtra fecit nobis,

℟. Neque ſecundùm iniquitates noſtras retribuit nobis. *Pſ.* 102.

℣. Domine, exaudi.

℣. Dominus vobiſcum.

OREMUS.

OMNIPOTENS & miſericors Deus, qui nos & percutiendo ſanas, & ignoſcendo conſervas; præſta ſupplicibus tuis, ut & conceſſæ tranquillitatis conſolatione lætemur, & pietatis tuæ muneribus cum gratiarum actione ſemper utamur. Per Dominum noſtrum, &c. ℟. Amen.

Digitized by Google

BENEDICTIONES EPISCOPALES,

Seu RERERVATÆ;

Quas Presbyteri à ſuo Antiſtite facultatem habentes exequi poſſunt.

BENEDICTIO MAPPARUM.

Seu Linteaminum Altaris.

℣. Adjutórium ✠ noſtrum in nómine Dómini,
℟. Qui fecit cœlum & terram.
℣. Dóminus vobiſcum;
℟. Et cum ſpíritu tuo.

OREMUS.

EXAUDI, Domine, preces noſtras; & hæc Linteámina ſacri Altáris úſui præparáta, benedícere ✠ & ſanctificáre dignéris; Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

OREMUS.

DOMINE Deus omnípotens, qui Móyſen fámulum tuum, ornamenta & tegumenta fácere in uſum miniſtérii Tabernáculi fœderis docuiſti; benedícere ✠, ſanctificáre ✠ & conſecráre ✠ dignéris hæc Linteámina, ad tegendum involvendumque Altáre glorioſiſſimi Fílii tui Dómini noſtri Jeſu Chriſti; Qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs ſancti Deus, &c. ℟. Amen.

Deindè in Mappas, ſeu Linteamina, ſit Aſperſio Aquæ benedictæ.

BENEDICTIO CORPORALIUM ET PALLARUM.

(*Stola rubra.*)

℣. Adjutórium ✠, &c. ℣. Dóminus vobiſcum, &c.

OREMUS.

CLEMENTISSIME Dómine, cujus inenarrábilis eſt virtus, cujus Myſtéria arcánis mirabilibus celebrantur; tríbue, quæſumus, ut hoc Linteámen (*vel* hæc Linteámina) tuæ propitiatiónis benedictióne ✠ ſanctificétur (*vel* ſanctificentur), ad conſecrandum ſuper eo (*vel* eis) Corpus & Sánguinem Dei & Dómini noſtri Jeſu Chriſti Fílii tui; Qui tecum vivit & regnat Deus. ℟. Amen.

OREMUS.

OMNIPOTENS ſempiterne Deus, benedícere ✠, ſanctificáre ✠ & conſecráre ✠ dignéris Linteámen iſtud (*vel* Linteámina iſta), ad ſuſtinendum tegendumque Corpus & Sánguinem Dómini noſtri Jeſu Chriſti Fílii tui; Qui tecum vivit & regnat Deus. ℟. Amen.

OREMUS.

OMNIPOTENS Deus, mánibus noſtris opem tuæ benedictiónis infunde; ut per noſtram benedictiónem ✠ hoc Linteámen ſanctificétur (*vel* hæc Linteámina ſanctificentur), &, per Spíritûs ſancti grátiam, in celebrando Córporis & Sánguinis Redemptóris noſtri Myſtério dignè aſſúmátur (*vel* aſſumantur); Per eumdem Dóminum noſtrum.... in unitáte ejuſdem, &c. ℟. Amen.

Deindè in Corporalia & Pallas ſit aſperſio Aquæ-benedictæ.

Digitized by Google

BENEDICTIO TABERNACULI

Pro aſſervanda ſanctiſſima Euchariſtia.

SACERDOS Superpelliceo, Stolâque & Pluviali rubro indutus, procedet è Veſtiario in Sanctuarium, præcedente Clero, duobus Choriſtis in ejuſdem coloris Pluvialibus, duobus Ceroferaris, & Thuriferario.

Cùm ad Altaris gradus pervenerit, ſequentem Antiphonam imponet; & continuò ſedebit.



Ant. Ec-ce. 7. *d.*

Primus Choriſta Pſalmum intonabit.

PSALMUS 25.

JUDICA me, Dómine, quóniam ego in innocéntia mea ingreſſus ſum; * & in Dómino ſperans, non infirmábor.

Proba me, Dómine, & tenta me: * ure renes meos & cor meum;

Quóniam miſericórdia tua ante óculos meos eſt, * & complácui in veritáte tua.

Non ſedi cum concílio vanitátis; * & cum iníqua geréntibus non introíbo.

Odívi eccléſiam malignántium; * & cum ímpiis non ſedébo.

Lavábo inter innocentes manus meas, * & circúmdabo altáre tuum, Dómine;

Ut áudiam vocem laudis, * & enárrem univerſa mirabília tua.

Dómine, dilexi decórem domûs tuæ, * & locum habitatiónis glóriæ tuæ.

Ne perdas cum ímpiis, Deus, ánimam meam, * & cum viris ſánguinum vitam meam,

In quorum mánibus iniquitátes ſunt: * déxtera córum repléta eſt munéribus.

Ego autem in innocéntia mea ingreſſus ſum: * rédime me, & miſérere meî.

Pes meus ſtetit in directo: * in eccléſiis benedícam te, Dómine.

Glória Patri, &c.

PSALMUS 42.

JUDICA me, Deus, & diſcerne cauſam meam de gente non ſancta: * ab hómine iníquo & dolóſo érue me;

Quia tu es, Deus, fortitúdo mea: * quare me repuliſti? & quare triſtis incédo, dum afflígit me inimícus?

Emitte lucem tuam & veritátem tuam: * ipſa me deduxérunt, & adduxérunt in montem ſanctum tuum, & in tabernácula tua.

Et introíbo ad altáre Dei, * ad Deum qui lætíficat juventútem meam.

Confitébor tibi in cíthara, Deus, Deus meus: * quare triſtis es, ánima mea? & quare conturbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi: * ſalutáre vultûs mei, & Deus meus.

Glória Patri, &c.

PSALMUS 83.

QUAM dilecta tabernácula tua, Dómine virtútum! * concupíſcit & déficit ánima mea in átria Dómini.

Cor meum & caro mea * exultavérunt in Deum vivum.

Etenim paſſer invénit ſibi domum, * & turtur nidum ſibi, ubi ponat pullos ſuos.

Altária tua, Dómine virtútum, * Rex meus & Deus meus!

Beáti qui hábitant in domo tua, Dómine! * in ſécula ſeculórum laudábunt te.

Beátus vir cujus eſt auxílium abs te: * aſcenſiónes in corde ſuo diſpóſuit, in valle lacrymárum, in loco quem póſuit.

Etenim benedictiónem dabit legiſlátor, ibunt de virtúte in virtútem: * vidébitur Deus deórum in Sion.

Dómine

Dómine Deus virtútum, exaudi oratiónem meam: * áuribus pércipe, Deus Jacob.

Protector noster, áspice, Deus, * & réspice in fáciem christi tui;

Quia mélior est dies una in átriis tuis * super míllia.

Elégi abjectus esse in domo Dei mei, * magis quàm habitáre in tabernáculis peccatórum;

Quia misericórdiam & veritátem díligit Deus: * grátiam & glóriam dabit Dóminus.

Non privábit bonis eos qui ámbulant in innocéntia: * Dómine virtútum, beátus homo qui sperat in te.

Glória Patri, &c. Sicut erat, &c.



Finitâ Antiphonâ, Sacerdos ad gradus Altaris consistens, cantabit:

℣. Adjutórium ✠ nostrum in nómine Dómini,

℟. Qui fecit cœlum & terram.

℣. Dóminus vobiscum;

℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

OMNIPOTENS sempiterne Deus, qui Móysi fámulo tuo præcepisti ut Arcam de lignis imputribilibus con-

ſtrúeret, eamque auro puríſſimo veſtíret intùs ac fo-rìs; quæ de manna pátribus dato recónderet in urna, tabulaſque Teſtamenti Majeſtátis tuæ dígito conſcriptas, & virgam Aáron, quam mirabíliter germináre fécerás & florére, in perpétuum aſſerváret; quique éadem ſacrátiùs intelligenda manifeſtaſti, dum Panem vivum qui de cœlo deſcendit, & myſticum Florem ſuper quem Spíritus tuus requiévit, auctóremque Legis Fílium tuum dilectum, ſub Euchariſticis ſpeciébus, in Tabernáculis decenter præparátis aſſervári voluiſti: hoc Tabernáculum largâ benedictiónis ✠ tuæ grátiâ dicáre & conſecráre dignéris; ut, quicumque ex ipſo eductum Corpus ejuſdem Salvatóris noſtri ſuſcéperint, in hoc ſéculo gratiárum cópiam, & poſthàc revelátam abſcónditæ in Sacramento Divinitátis contemplatiónem aſſequantur. Per eumdem Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

OREMUS.

DOMINE Deus noſter, quo jubente, Móyſes fámulus tuus unctiónis óleo linívit Tabernáculum teſtimónii, in quo Fœderis Arcam ſolémniter collocáret; ſanctífica, quæſumus, tuæ benedictiónis ✠ óleo ſpirituáli præſens Tabernáculum, potióris Teſtamenti Myſtéria ſanctíſſima reconditúrum; ut ſciant omnes quia tu Dóminus ſanctificátor es pópuli tui, cùm fúerit ſanctificátio tua in médio eórum in perpétuum. Per Dóminum, &c. ℟. Amen.

His dictis, Tabernaculum aſpergit Aquâ-benedictâ; confeſtimque, impoſito in Thuribulum incenſo; illud benedicit, dicens: Ab illo benedicáris ✠, in cujus honóre cremáberis;

ſtanſque, ut priùs, Tabernaculum trino ductu incenſat. Quibus peractis, eodem quo venerat ordine in Veſtiarium regreditur.

BENEDICTIO CIBORII,

Seu Pyxidis, pro aſſervanda ſanctiſſima Euchariſtia.

(*Stola rubra.*)

℣. Adjutórium ✠, &c. ℣. Dóminus vobiſcum, &c.

OREMUS.

BENEDIC, quæſumus, Dómine, hoc Cibórium (*vel* hanc Pyxidem), Pani cœleſti, qui Chriſtus eſt, aſſervando præparátum (*vel* præparátam); & præſta ut Sacerdótes tui Chriſtum in hoc Vaſe geſtatúri, vitæ innocéntiâ morumque ſanctitáte Chriſtíferi eſſe ac vocári poſſint; & quicumque ex ipſo prolátum Corpus ejuſdem Salvatóris noſtri ſuſcéperint, in hoc ſéculo gratiárum cópiam, & poſthàc revelátam abſcónditæ in Sacramento Divinitátis contemplatiónem aſſequantur. Per eumdem Dóminum, &c. ℟. Amen.

Deindè Sacerdos Ciborium vel Pyxidem aſpergit Aquâ benedictâ.

BENEDICTIO OSTENSORII

Pro SS. Euchariſtia Fidelium venerationi exponenda.

(*Stola rubra.*)

℣. Adjutórium, &c. ℣. Dóminus vobiſcum, &c.

OREMUS.

OMNIPOTENS ſempiterne Deus, hoc Oſtenſorium pro Filii tui Dómini noſtri Jeſu Chriſti Córpore Fidélium veneratióni exponendo fabrefactum benedícere ✠, quæſumus, & ſanctificáre ✠ dignáre; ut omnes qui te & eumdem Unigénitum Filium tuum ſub ſacris Myſtérii velamínibus præſentem, in

ſpíritu & veritáte adoráverint, ubérrimam in hac vita', & in futúro ſéculo, ſuæ mercédem pietátis accípiant. Per eumdem Dóminum noſtrum, &c. ℟. Amen.

Deindè Sacerdos Aquâ-benedictâ Oſtenſorium aſpergat.

BENEDICTIO VASCULORUM

Pro ſanctis Oleis recondendis.

℣. Adjutórium ✠, &c. ℣. Dóminus vobiſcum, &c.

OREMUS.

EXAUDI, Dómine, Pater clementíſſime, preces noſtras; & hæc Vaſa, Eccléſiæ tuæ úſibus præparáta, benedícere ✠ & ſanctificáre ✠ dignéris; ut, quicumque hinc ſumendis Oleis ſacris ungentur, interná Spíritûs tui unctióne ſimul repléti, fructum hábeant córporis & ánimæ ſanctificatiónem, finem verò vitam æternam. Per Dóminum, &c. ℟. Amen.

[*Si Vas duntaxat unum benedicatur, in ſingulari dicetur Oratio.*]

Completâ Oratione, fiet aſperſio Aquæ-benedictæ ſuper Vas, aut Vaſa.

BENEDICTIO

Plurium simul Indumentorum Pontificalium.

Et Sacerdotalium.

℣ Sacerdotalia Indumenta quæ benedici debent priusquàm ad sacras functiones assumantur, hæc sunt: Amictus, Alba, Cingulum, Manipulus, Stola, Casula, seu Planeta, Tunica & Dalmatica.

℣. Adjutórium ✠, &c. ℣. Dóminus vobiscum, &c.

OREMUS.

OMNIPOTENS sempiterne Deus, qui per Móysen fámulum tuum, Pontificália & Sacerdotália seu Levítica vestimenta ad explendum in conspectu tuo sanctum ministérium, propter honórem & glóriam tui nóminis fieri præcepísti; adesto propítius invocatiónibus nostris, & hæc Indumenta Sacerdotália per nostræ humilitátis servítium purificáre ✠, benedícere ✠ & consecráre ✠ dignéris; ut divíno cúltui & sacris Mystériis apta & benedícta exístant: his quoque sacris Véstibus indúti Pontífices, & Sacerdótes, seu Levítæ tui, ab ómnibus impulsiónibus seu tentatiónibus malignórum spirítuum defendi mereantur, tuísque Mystériis cóngruâ pietáte servíre, atque in his tibi plácitè perseveráre. Per Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

OREMUS.

DEUS, ómnium rerum creátor atque sanctificátor, intende propítius ad preces nostras; & hæc Levíticæ, Sacerdotális & Pontificális glóriæ Indumenta benedícere ✠, sanctificáre ✠ & consecráre ✠ dignéris; omnesque ipsis utentes, tuis Mystériis dignè & laudábiliter servíre, tibique gratos magis ac magis fieri concéde. Per Christum, &c.

℟. Amen.

Digitized by Google

OREMUS.

DOMINE Deus omnípotens, hæc Veſtimenta in tui cultûs decórem & in uſus Myſteriórum tuórum benedícere ✠, ſanctíficáre ✠ & conſecráre ✠ dignéris; miniſtroſque Altáris tui, qui hæc indúerint, ſeptiformis Spíritûs grátiâ repléri, ſtolâque caſtitátis & juſtítiæ indumento, ac tandem beátâ fácias immortalitáte veſtíri. Per Dóminum noſtrum, &c. ℟. Amen.

Deindè in ſanctas Veſtes ſit Aſperſio Aquæ-benedictæ.

BENEDICTIO INDUMENTORUM

Pontificalium & Sacerdotalium ſingulatim.

℣. Adjutórium ✠, &c. ℣. Dóminus vobiſcum, &c.

OREMUS.

DEUS omnípotens, à quo deſcendit omne dotum óptimum, & de cujus plenitúdine procédit omnis benedictio; te súpplices rogámus, ut hunc Amictum, *vel* hanc Albam, *vel* hoc Cíngulum, *vel* hunc Manípulum, *vel* hanc Stolam, *vel* hanc Tunicellam, *ſeu* Túnicam, *vel* hanc Dalmáticam, *vel* hanc Planétam divíno cúltui præparátam, *vel* præparátum, (*vel* hos Amictus, &c. præparátos, *vel* præparátas, *vel* præparáta, *ſi videlicet plura ejuſdem ſpeciei ſimul benedicantur*) virtúte Spíritûs ſancti benedícere ✠, ſanctificáre ✠ & conſecráre ✠ dignéris; & ómnibus eo (*vel* eâ, *vel* eis) uténtibus ſacri miniſtérii grátiam benignus concéde; ut in conſpectu tuo ſancti & immaculáti, atque irreprehenſibiles appáreant, & auxílium miſericórdiæ tuæ ſibi ac fidéli pópulo júgiter acquírant. Per Dóminum, &c. ℟. Amen.

Deindè Aquâ - benedictâ reſpergatur ſanctum Indumentum.

ORDO

BENEDICENDI NOVAM CRUCEM,

In Cœmeterio, in platea, in via erectam.

SACERDOS qui hujus Benedictionis exequendæ facultatem à Diœcesano Antistite vel ejus Vicario-generali obtinuerit, Superpelliceo indutus, Stolâque & Pluviali rubri coloris, comitante Clero, præeunte Cruce & Acolythis, ad gradus Altaris procedet. Ibi omnes, excepto Crucigero & Ceroferariis, cum ipso genua flectent: Sacerdos Antiphonam sequentem imponet; Cantor subindè Psalmum intonabit, quem prosequetur Chorus alternatim. Factâ Psalmi intonatione, surgent omnes, & ordine Processionis ad locum pergent ubi nova Crux erecta est, uno ministro Vas Aqua-benedictæ cum Aspergillo, & altero, Thuribulum ignitum cum Navicula deferentibus. Unus autem, vel duo, vel tres sequentes Psalmi, pro itineris longinquitate, canentur.



Ant. Si-cut Mo- y ses. 6. F.

PSALMUS 95.

CANTATE Dómino cánticum novum; * cantáte Dómino, omnis terra.

Cantáte Dómino, & benedícite nómini ejus; * annuntiáte de die in diem salutáre ejus.

Annuntiáte inter gentes glóriam ejus, * in ómnibus pópulis mirabília ejus;

Quóniam magnus Dóminus, & laudábilis nimis; * terríbilis est super omnes deos.

Quóniam omnes dii géntium dæmónia; * Dóminus autem cœlos fecit.

Digitized by Google

Confessio & pulchritúdo in conspectu ejus; * sanctimónia & magnificéntia in sanctificatióne ejus.

Afferte Dómino, pátriæ géntium, afferte Dómino glóriam & honórem: * afferte Dómino glóriam nómini ejus.

Tóllite hóstias, & introíte in átria ejus; * adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.

Commoveátur à fácie ejus universa terra; * dícite in géntibus quia Dóminus regnávit.

Etenim correxit orbem terræ, qui non commovébitur: * judicábit pópulos in æquitáte.

Lætentur cœli, & exultet terra; commoveátur mare & plenitúdo ejus: * gaudébunt campi, & ómnia quæ in eis sunt.

Tunc exultábunt ómnia ligna sylvárum à fácie Dómini, quia venit, * quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terræ in æquitáte, * & pópulos in veritáte sua.

Glória Patri, &c.

Psalmus 97. Cantáte Dómino, quia. *pag.* 311.

PSALMUS 149.

CANTATE Dómino cánticum novum: * laus ejus in eccléfia sanctórum.

Lætétur Israël in eo qui fecit eum, * & fílii Sion exultent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro: * in tympano, & psaltério psallant ei.

Quia beneplácitum est Dómino in pópulo suo, * & exaltábit mansuétos in salútem.

Exultábunt sancti in glória: * lætabuntur in cubílibus suis.

Exaltatiónes Dei in gúttore eórum; * & gládii ancípites in mánibus eórum.

Ad faciendam vindictam in natiónibus, * increpatiónes in pópulis.

Ad alligandos reges eórum in compédibus, * & nóbiles eórum in mánicis férreis;

Ut fáciant in eis judícium conscriptum: * glória hæc est ómnibus sanctis ejus.

Glória Patri, &c.

Ubi

Ubi ad locum pervenerit Proceſſio, juxta Crucem benedicendam ſe ſiſtet Cruciger; & Clerus utrimque ſtabit ordinatim: Celebrans autem verſâ facie ad novam Crucem.

Peracto Pſalmo, cantabitur



Finitâ Antiphonâ, Sacerdos, ſeipſum in ſalutiferæ Crucis modum conſignans, cantabit:

℣. Adjutórium ✠ noſtrum in nómine Dómini,
℟. Qui fecit cœlum & terram.
℣. Sit Nomen Dómini benedictum,
℟. Ex hoc nunc, & uſque in ſéculum.
℣. Dómine, exáudi, &c.
℣. Dóminus vobiſcum, &c.

Oremus.

DEus, qui Crucis patíbulum, quod priùs erat ſceleſtis ad pœnam, convertiſti redemptis ad vitam; concéde plebi tuæ ejus muníri præsídio, cujus eſt armáta vexillo. Sit illi Crux fidei fundamentum, ſpei ſuffrágium, charitátis incitamentum; ſit in médio

civitátis sanctæ signum protectiónis atque defensiónis; ut per eam Pastor in futúro gregem conservet incólumem, quæ, pro nobis Agno vincente, conversa est in salútem. Per eumdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

OREMUS.

DEUS, qui nos, véritæ arboris manducáto fructu, per justam sententiam morti addictos, coæternæ tibi Sapiéntiæ Dei & Dómini nostri Jesu Christi salutíferâ morte ad vitam misericórditer revocásti; te súpplices exorámus, ut hoc signum Crucis, quod ad similitúdinem illíus quâ Dóminus idem ac Salvátor noster, debelláto Inferno, triumphávit, tuórum Fidélium pietáte constructum erectumque est, cœlesti benedictióne ✠ sanctificáre dignéris; ut ómnibus hìc génua flecténtibus, tuæque Majestáti supplicántibus, largíor & cordis compúnctio, & admissórum indulgéntia concedátur; ac per Unigéniti tui Crucem & Passiónem, tibi plácita postuláre váleant, & postuláta percípere. Per eumdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Peractâ Oratione, Sacerdos Crucem ter aspergit Aquâ-benedictâ, eamque trino ductu incensat; postea dicit altâ voce:

OREMUS.

SANCTIFICETUR signum istud in nómine Patris ✠, & Fílii, & Spíritûs sancti; & benedíctio ligni illíus, in quo sancta Salvátoris membra suspensa sunt, in hac dedicáta Cruce vígeat & permáneat; ut memó-

riam Domínicæ Paſſiónis coram ipſa recolentes, & in hoc ſéculo grátiam, & in futúro glóriam, conſummátæ in Cruce Redemptiónis fructum, conſequantur, (* Fideleſque ſub hoc triumpháli ſigno in terræ púlvere dormientes, olim de corruptióne ſubleváti, in vitam æternam evígilent). Per eumdem Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

* *Extra Cœmeterium, omittitur parenthesis.*

Poſteà Sacerdos, flexis genibus, Crucem adorat & piè oſculatur, dicens mediocri voce, & ſine cantu:

Adorámus te, Chriſte, & benedícimus tibi, quia per ſanctam Crucem tuam redemiſti mundum: qui paſſus es pro nobis, Domine Jeſu Chriſte, miſerére nobis.

Idem faciunt Clerus & reliqui aſtantes.
Interim cantatur





† Pec-ca-tis. 1. *Petr.* 2. *Sap.* 14.

Si non ſufficiat Reſponſorium, adjicietur, præcinente Choriſtâ, Hymnus ſequens.



TU celſa ſedes, undè ſuos docet;
Vitális, in quo nos péperit, torus;
Currus triumphantis, tribúnal
Júdicis, atque litantis ara.
NON rapta cæſis hóſtibus ímpia
Hìc arma fulgent; nec dómiti duces
Graves caténis hìc trahuntur:
Nobílior Crucis eſt triumphus.
ORBIS redempti quália pignora!
Crux tincta Chriſti ſánguine adhuc madet:

Digitized by Google

Speráte, mortáles: salútem
Plena necis monumenta præstant.
CRUX certa cœli sémita, quæ Patris
Thronum petenti pandis iter Deo:
Nunc álterâ nobis nefas est
Ire viâ malè delicátos.
LAUS summa Patri, qui creat ómnia;
Natoque, mundum qui réparat Cruce;
Qui cuncta replet, summa sancto
Spiritui: tribus una semper. Amen.

Finito Responsorio (& Hymno), cantabit Sacerdos:

℣. Copiósa apud Dóminum redémptio;
℟. Et ipse rédimet Israël ex ómnibus iniquitátibus ejus. *Ps.* 129.
℣. Dicant qui redempti sunt à Dómino,
℟. Quóniam in séculum misericórdia ejus. *Ps.* 106.
℣. Dómine, exáudi, &c.
℣. Dóminus vobiscum, &c.

OREMUS.

DA nobis, misércors Deus, in sola Cruce Dómini nostri Jesu Christi gloriári; ut, cujus morte redempti sumus, ejusdem virtúte carnem nostram cum vítiis & concupiscéntiis crucifigentes, & peccáto moriámur, & tibi soli, qui fons justítiæ es, semper vivámus. Per eumdem Dóminum, &c.
℟. Amen.

Peractâ Adoratione, & completâ Oratione, revertitur Processio ad Ecclesiam, canens Hymnum Te Deum laudamus. *Quo quidem absoluto, & Ecclesiam ingressâ Processione, cantabitur Antiphona, Versiculus & Oratio de Patrono Titulari.*

Digitized by Google

BENEDICTIO CRUCIS

In Altari collocandæ.

(*Stola rubra.*)

℣. Adjutórium ✠, &c. ℣. Dóminus vobiſcum, &c.

OREMUS.

BENEDIC ✠ & ſanctífica ✠, Dómine Deus, hoc ſignum Redemptiónis noſtræ in Altári collocandum, ut Fílii tui mortem nobis annúntiet in oblatióne Sacrificii, quod in ſuî memóriam fieri præcépit Jeſus Chriſtus Dóminus noſter; Qui tecum vivit & regnat Deus. ℟. Amen.

OREMUS.

DOMINE Jeſu, auctor & conſummátor fídei noſtræ, qui, propóſito tibi gáudio, ſuſtinuiſti Crucem, atque in déxtera Dei ſedes; benedícere ✠ dignáre hoc ſignum tuæ ſalutíferæ Crucis; ut ejus aſpectu reminiſcantur Fidéles quanto prétio redempti ſint, & fructum percípere mereantur cruenti Sacrificii in Cruce peracti, quod in Altári quotídiè incruentè renovátur. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitáte, &c. ℟. Amen.

Tum Sacerdos Crucem aſpergit Aquâ-benedictâ, pièque ipſam oſculatur.

BENEDICTIO IMAGINUM

Quæ in Eccleſiis collocandæ ſunt.

Seſſ. 25. » STATUIT ſancta (Tridentina) » Synodus, nemini licere ullâ in Ec» cleſiâ, etiam quomodolibet exemp» ta, ullam inſolitam ponere vel po» nendam curare Imaginem, niſi ab » Epiſcopo approbata fuerit; » ne fortè in domo Domini quam decet ſanctitudo, quidquam inordinatum, proſanum vel inhoneſtum appareat. Quotiès portò aliqua ſive picta, ſive ſculpta effigies in ſacris Ædibus collocanda erit, eam hujuſmodi eſſe ſtudeant Parochi, ut ejus intuitu ad pietatem moveantur Fideles.

Digitized by Google

Cùm publicæ alicujus Imaginis benedicendæ licentiam conceſſerimus, ſequens Ritus obſervabitur.

BENEDICTIO IMAGINUM

Domini noſtri Jeſu Chriſti.

(*Stola alba.*)

℣. Adjutórium ✠, &c. ℣. Dóminus vobiſcum, &c.

OREMUS.

DEus, qui Unigénitum tuum in ſimilitúdinem hóminum fieri voluiſti; hanc, quæſumus, humanitátis ejus Imáginem benedícere ✠ & ſanctificáre ✠ dignéris; & concéde, ut qui Verbum incarnátum per hanc Imáginem expreſſum adorámus, divíno exemplári dignis móribus conformes éffici mereámur; Qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs ſancti Deus, per ómnia ſécula ſeculórum. ℟. Amen.

Deindè in ſacram Imaginem ſit aſperſio Aquæ-benedictæ.

BENEDICTIO IMAGINUM

Beatæ Mariæ Virginis.

(*Stola alba.*)

℣. Adjutórium ✠, &c. ℣. Dóminus vobiſcum, &c.

OREMUS.

DEus, qui Beátam Maríam ſemper Vírginem ab æterno elegiſti, de qua naſcerétur Unigénitus Fílius tuus, mundi Salvátor; benedícere ✠ & ſanctificáre ✠ dignéris hanc ejus Imáginem: cujus aſpectu excitáti, divínam ipſíus Maternitátem cóngruâ pietáte venerémur, ejuſque potentíſſimam apud te interceſſiónem fiduciáliter implorémus; Per eumdem Dóminum, &c. ℟. Amen.

Deindè in ſacram Imaginem ſit aſperſio Aquæ-benedictæ.

Digitized by Google

BENEDICTIO IMAGINUM

Sanctorum vel Sanctarum.

Stola, pro qualitate Sancti vel Sanctæ, convenientis sit coloris.

℣. Adjutórium ✠, &c. ℣. Dóminus vobíscum, &c.

OREMUS.

SANCTE Sanctórum, auctor & remunerátor sanctitátis, Deus omnípotens, qui duos Chérubim ex utráque parte Propitiatórii in tuo collocári Sanctuário voluísti; hanc Sancti N. *vel* Sanctæ N. Imáginem (*vel, si plures sint in eadem tabella depícti*, Sanctórum *vel* Sanctárum N. & N. Imágines) benedícere ✠ & sanctificáre ✠ dignéris; & præsta ut, per hanc Effígiem (*vel* has Effígies) quæ nobis ejus, *vel* eórum, *vel* eárum sanctitátem in memóriam révocat (*vel* révocant), ad ipsíus, *vel* ipsórum, *vel* ipsárum cultum atque imitatiónem excitémur. Per Dóminum nostrum, &c. ℟. Amen.

Deindè in sacram Tabellam fit Aquæ-benedictæ aspersio.

BENEDICTIO CAPSARUM

Pro Reliquiis Sanctorum asservandis.

Conc. Trid. Sess. 25. *Non licet ullas cujusquam Sancti vel Sanctæ Reliquias publicæ Fidelium veneratióni exponere, nisi priùs ab Ordinario loci Episcopo recognitæ & approbatæ fuerint. Capsæ in quibus reconduntur, sint decenter ornatæ, diligenter clausæ, ac prætereà benedictæ. Cavendum autem ne sigilla semel appósita confringantur.*

Sacerdos cui hujus Benedictiónis exequendæ specialis facta fuerit potestas, ordinem sequentem servabit.

℣. Adjutórium ✠, &c. ℣. Dóminus vobíscum, &c.

OREMUS.

Digitized by Google

OREMUS.

OMNIPOTENS ſempiterne Deus, qui es mirábilis in Sanctis tuis, & eos in terris gaudes mirificáre, quos in cœlis glóriâ & honóre juſtus judex corónas: has Thecas (*vel* hanc Thecam) Sanctórum tuórum pignóribus præparátas, (*vel* præparátam), intercedéntibus iiſdem Sanctis tuis, cœleſti, quæſumus, benedictióne ✠ perfúndere dignéris; ut qui ad córum patrocínia confúgerint, cuncta ſibi adverſántia, te adjuvante, ſuperáre váleant, & ómnia profutúra de tuæ largitátis abundántia percípere. Per Dóminum noſtrum, &c. ℟. Amen.

[*Si Reliquiæ in Capſa reponendæ, unius tantùm Sancti vel Sanctæ ſint, dicitur:* Sancti (*vel* Sanctæ) N. pignóribus præparátam, intercedente eódem Sancto, (*vel* eádem Sancta,) cœleſti, &c. ut qui ad ejus patrocínium confúgerint, &c.

Deindè in Capſam vel Capſas fit aſperſio Aquæ benedictæ.

ORDO BENEDICENDI

Et imponendi primum Lapidem pro Eccleſia ædificanda.

PROHIBENT ſancti Canones ullam ædificari Eccleſiam, aut Sacellum publicum, niſi de licentia Ordinarii, ad quem pertinet ipſius locum & introitum deſignare, reditus cognoſcere & approbare conſtituendos, tum pro Luminari, Ornamentis, & Eccleſia ſarta tectaque habenda, tum pro ſuſtentatione Miniſtrorum qui ſacris ibi functionibus addicendi ſunt.

CUM Sacerdoti poteſtatem fecerimus primi Lapidis benedicendi pro Eccleſia ædificanda, ſequentem Ritum obſervabit.

Pridiè hujus Benedictionis, (*ipſe, vel alius Sacerdos*) Superpelliceo indutus, Stoláque albi coloris, Crucem ligneam defiget in loco ubi erigendum eſt majus Altare.

Ipſo die, primus Lapis in Eccleſia fundatione collocandus, qui debet quadratus eſſe & angularis, hoc modo benedicetur.

Sacerdos Superpelliceo indutus, & Stolâ Pluvialique albi coloris, comitante Clero in ordine Processionis, præcedente Crucigero cum duobus Ceroferariis, & alio Clerico seu Ministro, Vas Aquæ-benedictæ gerente, pergit ad eum locum ubi Crucem ligneam pridiè defixit.

In ipso loci accessu, cantatur, præcinente Sacerdote, sequens



T. P. Allelu- ia. *Apoc.* 22.

Tum cantat Sacerdos:

℣. Jubiláte Deo, omnis terra:
℟. Servíte Dómino in lætítia. *Psf.* 99.

OREMUS.

ADESTO supplicatiónibus nostris, omnípotens Deus; & præsta ut quod nostræ humilitátis gerendum est ministério, tuæ benedictiónis impleátur effectu; Per Christum, &c. ℟. Amen.

Deindè Sacerdos Antiphonam sequentem imponit; &, Can-

Digitized by Google

tore Pſalmum incipiente, ſuper locum ubi defixa erit lignea Crux, ipſe facit Aquæ-benedictæ aſperſionem.



Ant. Cer-ni-tis. 1. D.

PSALMUS 47.

MAGNUS Dóminus & laudábilis nimis, * in civitáte Dei noſtri, in monte ſancto ejus.

Fundátur exultatióne univerſæ terræ mons Sion, látera aquilónis, * cívitas Regis magni.

Deus in dómibus ejus cognoſcétur, * cùm ſuſcípiet eam.

Quóniam ecce Reges terræ congregáti ſunt, * convenérunt in unum.

Ipſi vidéntes ſic admiráti ſunt, * conturbáti ſunt, commóti ſunt:

Tremor apprehendit eos; * ibi dolóres ut parturientis.

In ſpíritu vehementi * cónteres naves Tharſis.

Sicut audívimus, ſic vídimus in civitáte Dómini virtútum, in civitáte Dei noſtri; * Deus fundávit eam in ætérnum.

Suſcépimus, Deus, miſericórdiam tuam * in médio templi tui.

Secundùm nomen tuum, Deus, ſic & laus tua in fines terræ; * juſtítiâ plena eſt déxtera tua.

Lætétur mons Sion, & exultent fíliæ Judæ, * propter judícia tua, Dómine.

Circúmdate Sion, & complectímini eam; * narráte in túrribus ejus.

Pónite corda veſtra in virtúte ejus, & diſtribúite domos ejus, * ut enarrétis in progénie altera.

Quóniam hic eſt Deus, Deus noſter in ætérnum, & in ſéculum ſéculi; * ipſe reget nos in ſécula.

Glória Patri, &c.



Ant. de 1. Cer-ni-tis quòd Dominus De-us ve- ſter vobiſ-



Finitâ Antiphonâ, Sacerdos, versâ facie ad Crucem defixam, ſtans & detecto capite, cantat:

OREMUS.

DOMINE Deus, qui, licèt cœlum & cœli cœlórum te cápere néqueant, domum tamen dignáris acceptam habére in terris, ubi nomen tuum júgiter invocétur; locum hunc, quæſumus, Beátæ Maríæ ſemper Vírginis, & Beáti (*vel* Beátæ) N. [*nominando Sanctum vel Sanctam, cujus ſub invocatione ædificanda eſt Eccleſia, vel Sacellum*] omniumque Sanctórum intercedéntibus méritis, tuæ pietátis intúitu ſeréno víſita, ac per virtútem benedictiónis tuæ ab omni inquinamento purífica, purificátumque conſerva; & qui dilecti ſervi tui Regis David piam voluntátem in fílii ſui Salomónis ópere compleviſti, in hoc ópere deſidéria noſtra perficere dignéris; omneſque hinc fúgiant nequítiæ ſpirituáles; Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

℟. Amen.

Poſteà benedicit primum Lapidem, cantans ſequentia in tono Horarum minorum:

℣. Adjutórium ✠ noſtrum in nómine Dómini,
℟. Qui fecit cœlum & terram.

℣. Sit nomen Dómini benedictum,
℟. Ex hoc nunc, & usque in séculum.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam;
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobiscum;
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

DOMINE Jesu Christe, Fili Dei vivi, splendor glóriæ Patris, & imágo substántiæ ejus, qui es Lapis angulàris de monte sine mánibus abscissus, & immutábile fundamentum: hunc Lápidem in tuo nómine collocandum confirma; & tu, qui ómnium es princípium & finis, esto, quæsumus, princípium, incrementum & consummátio istíus óperis, quod ad laudem & glóriam tui nóminis inchoandum est; Qui vivis & regnas Deus.

℟. Amen.

Tunc ipsum Lapidem aspergit Aquâ-benedictâ; & , accepto cultro, aliove instrumento ferreo, ad singulas superficies Lapidi signum Crucis insculpit, totiès dicens sine cantu: In nómine Patris ✠, & Filii, & Spíritûs sancti. ℟. Amen.

Quo facto, cantat:

OREMUS.

BENEDIC ✠, Dómine, hunc Lápidem, creatúram tuam; & præsta per invocatiónem sancti tui nóminis, ut quicumque ad hanc Ecclésiam ædificandam purâ mente auxílium déderint, córporis sanitátem animæque medélam percípiant. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Digitized by Google

Confeſtim, omnibus, præter Crucigerum & Ceroferarios, in genua provolutis, cantantur à Choriſtis, reſpondente Choro ad ſingulas invocationes,

LITANIÆ SANCTORUM.

In his Litaniis, bis invocatur in ſuo ordine Sanctus vel Sancta, cujus ſub patrocinio ædificanda eſt Eccleſia.



Fili Redemptor mundi, Deus,	miſerére nobis.
Spíritus ſancte, Deus,	miſerére nobis.
Sancta Trínitas, unus Deus,	miſerére nobis.
Sancta María,	Ora pro nobis.
Sancta Dei Génitrix,	ora.
Sancte Míchaël,	ora.
Sancte Gábriel,	ora.
Sancte Ráphaël,	ora.
Omnes ſancti beatórum Spirituum Ordines,	oráte.
Sancte Joannes Baptiſta,	ora.
Sancte Joſeph,	ora.

Digitized by Google

Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Stéphane, ora.
Sancte Luca, ora.
Sancte Marce, ora.
Sancte Clemens, ora.
Sancte Laurenti, ora.
Sancte Dionysi cum sóciis tuis, ora.
Sancte Grégori, ora.
Sancte Marcelle, ora.
Sancte Germáne, ora.
Sancte Clodoalde, ora.
Sancte Benedicte, ora.
Sancte Domínice, ora.
Sancte Ludovíce, ora.
Sancta Anna, ora.
Sancta María Magdaléne, ora.
Sancta Thecla, ora.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Genovéfa, ora.
Sancta Mónica, ora.
Omnes Sancti & Sanctæ Dei, intercédite pro nobis.



Chorista. Pro- pi-ti us esto, *Chorus.* Parce nobis,



Domine.

Propítius esto, Exáudi nos, Dómine.
Ab omni malo, Líbera nos, Dómine.
Ab omni peccáto, líbera nos, Dómine.
Ab ira tua, líbera.
A morte perpétua, líbera.
Per mystérium sanctæ Incarnatiónis tuæ, líbera.
Per Nativitátem tuam, líbera.
Per Mortem & Sepultúram tuam, líbera.

Digitized by Google

Per sanctam Resurrectiónem tuam, líbera.
Per admirábilem Ascensiónem tuam, líbera.



Chorista. Pecca-tores, *Chorus.* Te rogamus, audi



nos.

Ut nobis parcas, te rogámus, audi nos.
Ut nobis indúlgeas, te rogámus.
Ut Eccléſiam tuam sanctam régere & conſerváre dignéris, te rogámus.
Ut domnum Apoſtólicum, & omnes gradus Eccléſiæ in sancta Religióne conſerváre dignéris, te rogámus.
Ut cuncto pópulo Chriſtiáno pacem & unitátem largíri dignéris, te rogámus.
Ut noſmetipſos in tuo sancto ſervítio confortáre & conſerváre dignéris, te rogámus.

Poſt hanc Verſum, ſurgit Sacerdos, & cantat in eodem tono:

Ut primum hunc ſacri ædificii Lápidem benedícere ✠ & sanctificáre ✠ dignéris, Te rogámus.

In genua ſe reflectit; & Choriſta proſequuntur:

Ut ómnibus Fidélibus defunctis réquiem æternam donáre dignéris, te rogámus.
Ut nos exaudíre dignéris, te rogámus.
Fili Dei, te rogámus.

Chorista. Agnus De-i, qui tollis pec-cata mundi,



Chorus. Parce nobis, Domine.

Choriſta

Digitized by Google



Choriſtæ. Agnus De- i, qui tollis peccata mun-di,



Chorus. Exaudi nos, Domine.



Choriſtæ. Agnus De- i, qui tollis peccata mundi,



Chorus. Miſerere no- bis.

His dictis, parato cæmento, & Cæmentario aſtante, Sacerdos imponit ſequentem Antiphonam; & Cantor Pſalmum incipit.



Ant. Do-mus me- a. 4. E.

PSALMUS 86.

FUNDAMENTA ejus in móntibus ſanctis: * díligit Dóminus portas Sion ſuper ómnia tabernácula Jacob.

Glorióſa dicta ſunt de te, * cívitas Dei.

Memor ero Rahab & Babylónis * ſciéntium me.

Ecce alienígenæ & Tyrus, & pópulus Æthíopum, * hi fuérunt illic.

Numquid Sion dicet: Homo, & homo natus eſt in ea; * & ipſe fundávit eam Altíſſimus?

Dóminus narrábit in ſcriptúris populórum & príncipum, * horum qui fuérunt in ea.

Sicut lætántium * ómnium habitátio eſt in te.

Glória Patri, &c.

Ant. de 4.

Do- mus me- a ædi-fi-ca-bitur in Je-



Finitâ Antiphonâ, primum Lapidem tangit Sacerdos & collocat in fundamento, dicens voce intelligibili :

In fide Jeſu Chriſti primum iſtum Lápidem in hoc fundamento collocámus & benedícimus, In nómine Patris ✠, & Fílii, & Spíritûs ſancti ; ut ſit hic locus oratióni & Sacrifício deſtinátus, ad invocandum & laudandum Nomen ejuſdem Dómini noſtri Jeſu Chriſti, qui cum Patre & Spíritu ſancto vivit & regnat Deus, per ómnia ſécula ſeculórum. ℟. Amen.

Interim Cæmentarius firmiter conſtituit ipſum Lapidem cum cæmento ; poſteà Sacerdos Lapidem aſpergit Aquâ-benedictâ, dicens voce pariter intelligibili :

In Chriſto Jeſu omnis ædificátio conſtructa, creſcit in Templum ſanctum in Dómino, in quo & vos coædificámini in habitáculum Dei in Spíritu. *Eph.* 1. 21. 22.

Tunc imponit Sacerdos Antiphonam ſequentem :



Et ſtatim ipſe, accepto Aſpergillo, facit aſperſionem Aquæbenedictæ per omnia fundamenta, ſi ſint aperta ; ſin autem, circuit aſpergens fundamenta deſignata, identidemque dicens mediocri voce, & ſine cantu :

Digitized by Google

Aſperges me, Dómine, hyſſópo, & mundábor; lavábis me, & ſuper nivem dealbábor.

Impoſitâ Antiphonâ, incipit Cantor Pſalmum ſequentem:

PSALMUS 126.

NISI Dóminus ædificáverit domum, * in vanum laboravérunt qui ædificant eam.

Niſi Dóminus cuſtodíerit civitátem, * fruſtrà vígilat qui cuſtódit eam.

Vanum eſt vobis ante lucem súrgere: * súrgite poſtquàm ſedéritis, qui manducátis panem dolóris, cùm déderit dilectis ſuis ſomnum.

Ecce hæréditas Dómini, filii, * merces, fructus ventris.

Sicut ſagittæ in manu potentis, * ita filii excuſſórum.

Beátus vir qui implévit deſidérium ſuum ex ipſis: * non confundétur cùm loquétur inimícis ſuis in porta.

Glória Patri, &c.





bitur domus De- i. *T. P.* Alle- lu-ia. *Gen.* 28.

Peractâ Antiphonâ & Aſperſione, redit Sacerdos ad Crucem in terra defixam, & cantat:

OREMUS.

OMNIPOTENS & miſéricors Deus, qui Sacerdótibus tuis tantam præ cæteris grátiam contuliſti, ut, quidquid in tuo nómine ab eis ágitur, à te fieri credátur; tuam ſúpplices exorámus immenſam cleméntiam, ut, per mérita Beátæ Maríæ Vírginis, Beáti (*vel* Beátæ) N. & ómnium Sanctórum, quidquid viſitávimus, víſites, & quidquid benedíximus, benedícas; Templumque nómini tuo dedicandum, quod, te auctóre fundátur, te largiente, perficiátur. Per Chriſtum, &c. ℟. Amen.

OREMUS.

DEUS, qui ex ómnium cohabitatióne Sanctórum æternum Majeſtáti tuæ condis habitáculum; da cœleſti ædificatióni nova ſemper incrementa; ut ad Jeſum, Lápidem vivum & electum, puro corde accedentes, & ipſi tanquam lápides vivi ſuperædificémur, domus ſpirituális. Per eumdem Dóminum noſtrum, &c. ℟. Amen.

Tunc omnes eodem quo venerant ordine, diſcedunt.

Digitized by Google

ORDO

Benedicendi novam Ecclesiam,

Aut Sacellum publicum, ut ibi celebrari possit sacrosanctum Missæ Sacrificium.

Inornata & sine aulæis erit Ecclesia benedicenda ; sine mappis erunt Altaria : nec intrò admittetur populus, quoadusque peracta fuerit Benedictio ; quæ quidem matutinis semper horis fiet. (Quod de Ecclesia dicitur, de Sacello publico dictum ubique intelligatur.)

Sacerdos cui ab Ordinario loci Præsule commissa fuerit Ecclesiæ novæ Benedictio, Superpelliceo induetur, Stolâque & Pluviali albi coloris ; atque ad præcipuam Ecclesiæ januam procedet. Ordinatim comitabitur Clerus ; præibit duos inter Ceroferarios medius Cruciger, & Clericus Vas Aquæ-benedictæ gerens, Aspergillumque ex hyssopo confectum. Cùm ad januam modò dictam pervenerit Sacerdos, stans, & detecto capite, sequentem Antiphonam imponet, quam prosequetur Chorus.



Finitâ Antiphonâ, cantabit Sacerdos :

Digitized by Google

℣. Elégit Dóminus montem Sion quem dilexit ;
℟. Et ædificávit ſanctifícium ſuum. *Pſ.* 77.

OREMUS.

ADESTO ſupplicatiónibus noſtris, omnípotens Deus; & præſta ut quod noſtræ humilitátis gerendum eſt miniſtério, tuæ benedictiónis impleátur effectu; Per Chriſtum, &c. ℟. Amen.

Deindè Sacerdos intonabit Reſponſorium (ut infrà), quod proſequetur Clerus ; ſtatimque, comitante Clero in ordine Proceſſionis, & Reſponſorium concinente, Eccleſiam circuibit extrinſecùs, à latere dextro incipiens ; &, Clerico qui Vas Aquæ-benedictæ gerit, dextram Pluvialis oram ſublevante, Eccleſiæ parietes ſursùm & ad fundamenta deorsùm aſperget Aquâ-benedictâ cum ſupradicto Aſpergillo, identidem dicens mediocri voce, & ſine cantu : Aſperges me, Domine, hyſſopo, & mundabor ; lavabis me, & ſuper nivem dealbabor.





¶ *Si non ſufficiat Reſponſorium, adjicietur, præcinente Choriſtâ,* (*de 2 in* D.) *Pſalmus* 47. Magnus Dóminus, *ut ſuprà, pag.* 312.]

Peractâ Aſperſione, Sacerdos cum toto Clero ad Eccleſiæ januam redux, poſt finitum Reſponſorium (*vel Pſalmum*), *ad Eccleſiam converſus, cantabit:*

OREMUS.

DOMINE Deus, qui, licèt cœlum & cœli cœlórum te cápere néqueant, domum tamen dignáris acceptam habére in terris, ubi Nomen tuum júgiter invocétur; locum hunc, quæſumus, Beátæ Maríæ ſemper Vírginis, & Beáti (*vel* Beátæ) N. [*nominando Sanctum vel Sanctam, cujus ſub invocatione ædificanda eſt Eccleſia, vel Sacellum*] omniumque Sanctórum intercedéntibus méritis, tuæ pietátis intúitu ſeréno víſita,

ac per virtútem benedictiónis tuæ ab omni inquinamento purífica, purificátumque conserva; & qui piam famulórum tuórum voluntátem in hac oratiónis & Sacrificii domo extruenda benignus adjuvísti, eórum quoque devotíssimum in ipsa tibi consecranda obséquium respícere dignéris; omnesque hinc fúgiant nequítiæ spirituáles. Per Christum, &c. ℟. Amen.

Finitâ Oratione, cantantur Litaniæ, ut suprà, pag. 374: *dumque incipiuntur, Clerus Ecclesiam ingreditur ordine Processionis, & pergit ad Altare-majus, ubi ex utroque latere genua submittit, medio ad infimum Altaris gradum Celebrante, & Ceroferariis candelabra in suppedaneum deponentibus: Crux autem Processionis in patenti loco deponitur.*

In his Litaniis bis invocatur in suo ordine Sanctus vel Sancta Titularis.

Postquàm dictum est, Ut nosmetipsos in tuo sancto servítio, &c. ℟. Te rogámus, &c. *surgit Sacerdos, & cantat in eodem tono:*

Ut hanc Eccléstam (*vel* hoc Sacellum) & Altáre in honórem tuum, sub nómine Sancti tui (*vel* Sanctæ tuæ) N. purificáre & benedícere ✠ dignéris, ℟. Te rogámus, audi nos.

Cùm dicit benedícere, *manu dextrâ Ecclesiam & Altare benedicit.*

Genua flectit; & Cantores prosequuntur:

Ut nos exaudíre dignéris, ℟. Te rogámus, audi nos.

Fili Dei, ℟. Te rogámus, audi nos.

Agnus Dei, qui tollis, &c.

Cantato ultimo Agnus Dei, *surgit iterùm Sacerdos, & cantat:*

OREMUS.

Digitized by Google

OREMUS.

PRÆVENIAT nos, quæſumus, Dómine, miſericórdia tua; &, intercedente Beátâ Maríâ ſemper Vírgine, Beáto (*vel* Beátâ) N. cum ómnibus Sanctis tuis, voces noſtras cleméntia tuæ propitiatiónis exáudiat. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

OREMUS.

OMNIPOTENS & miſéricors Deus, qui Sacerdótibus tuis tantam præ cæteris grátiam contuliſti, ut quidquid in tuo nómine ab eis ágitur, à te fieri credátur; tuam ſúpplices exorámus immenſam cleméntiam, ut quidquid viſitámus, víſites, & quidquid benedícimus, benedícas ✠; atque ad noſtræ humilitátis intróitum, per mérita Beátæ Maríæ ſemper Vírginis, Beáti (*vel* Beátæ) N. omniumque Sanctórum, procul effúgiant maligni ſpíritus, & Angeli pacis ingrediantur. Per Dóminum, &c.

His dictis, imponit ſequentem



Ant. Ve- rè. 6. F.

Cantor Pſalmum ſequentem intonat: continuòque Sacerdos, miniſtrum & comitem habens Clericum Vas Aquæ-benedictæ gerentem, & Pluviale à dextra parte ſuſtinentem, primò Altare-majus aſpergit Aquâ-benedictâ, in medio, ad dexteram, & ad lævam, dicens: Aſperges me, Dómine, &c. *Poſteà, comitante Clero in ordine Proceſſionis, circuit Eccleſiam intrinſecùs, & parietes ſurſùm ac deorsùm aſpergit, incipiens à latere Evangelii, atque identidem repetens:* Aſperges me, &c.

Interim cantat Clerus ea quæ ſequuntur.
Pſalmus 83. Quàm dilecta, &c. *pag.* 372.



PSALMUS 92.

DOMINUS regnávit, decórem indútus eſt: * indútus eſt Dóminus fortitúdinem, & præcinxit ſe.

Etenim firmávit orbem terræ, * qui non commovébitur.

Paráta ſedes tua ex tunc: * à ſéculo tu es.

Elevavérunt flúmina, Dómine, * elevavérunt flúmina vocem ſuam.

Elevavérunt flúmina fluctus ſuos, * à vócibus aquárum multárum.

Mirábiles elatiónes maris: * mirábilis in altis Dóminus.

Teſtimónia tua credibília facta ſunt nimis: * domum tuam decet ſanctitúdo, Dómine, in longitúdinem diérum.

Glória Patri, &c.

Digitized by Google



Psalmus 121. Lætátus sum in his quæ dicta sunt mihi, &c. *ut suprà, pag.* 45.





Peractâ Ecclesiæ Aspersione, redit Sacerdos ad Altare cum toto Clero; &, post finitam ultimam Antiphonam, cantat:

OREMUS.

DOMINE Deus noster, qui olim præséntiæ tuæ glóriâ Templum figuratívum mirabíliter implevísti; benedictiónis ✠ tuæ virtúte sanctífica locum istum, quem Nómini tuo dedicámus, ut in eo tibi sacrificétur & offerátur oblátio munda: tuam, quæsumus, super eum effunde grátiam ubérrimam; & præsta, intercedente Beátâ Maríâ semper Vírgine, Beáto (*vel* Beátâ) N. & ómnibus Sanctis, ut ad oratiónem eórum qui tibi hoc eódem in loco supplicábunt, sint misericórdiæ tuæ aures júgiter inclinátæ. Per Dóminum, &c.

℟. Amen.

Confeſtim duo Choriſtæ, vel duo Pueri Choriales, omnibus ad Altare converſis, cantant gravi menſurâ:



Poſteà ornatur Altare, dum ſacras Veſtes induit Sacerdos, ut in nova Eccleſia ſanctiſſimum celebret Miſſæ Sacrificium; quæ quidem de die, vel de Patrono Titulari dicitur.

PERACTA Miſſâ, hujus Benedictionis Acta ſcribit Sacerdos, gemino inſtrumento; quorum alterum Fabricæ Procuratoribus ſeu Adminiſtratoribus in Eccleſiæ chartophylacio reponendum committat, alterum verò in Archiepiſcopatûs Tabulario deponat, vel deponi curet.

QUAMVIS autem à Sacerdote benedicta fuerit Eccleſia, tamen à Pontifice, ubi ſe dederit opportunitas, conſecranda eſt.

ORDO BENEDICENDI

Sacellum domeſticum.

SACERDOS cui à Diœceſano Antiſtite commiſſa fuerit Benedictio Sacelli domeſtici, Superpelliceo indutus, Stolâque albi coloris, ad Sacelli januam procedet; quod quidem inornatum erit, & in quod nemo priùs admittetur quàm peracta fuerit Benedictio.

Sacerdos ad Sacelli januam conſiſtens, aperto capite, dicet voce intelligibili:

℣. Adjutórium ✠, &c. ℣. Dóminus vobiſcum, &c.

Digitized by Google

OREMUS.

ADESTO ſupplicatiónibus noſtris, omnípotens Deus; & præſta ut quod noſtræ humilitátis gerendum eſt miniſtério, tuæ benedictiónis impleátur effectu; Per Chriſtum, &c.

℟. Amen.

Deindè Sacellum ingreſſus, genua flectit, & Litanias ſequentes, miniſtro reſpondente, recitat; in quibus Sanctum vel Sanctam novi Sacelli Titularem bis invocat in ſuo ordine.

KYRIE, eléiſon: ℟. Chriſte, eléiſon; Kyrie, eléiſon.

Chriſte, audi nos;

℟. Chriſte, exaudi nos.

Pater de cœlis, Deus,	Miſerére nobis.
Fili Redemptor mundi, Deus,	miſerére nobis.
Spíritus ſancte, Deus,	miſerére nobis.
Sancta María,	Ora pro nobis.
Sancte Míchaël,	ora.
Sancte Joannes Baptiſta,	ora.
Sancte Joſeph,	ora.
Sancte Petre,	ora.
Sancte Paule,	ora.
Sancte Stéphane,	ora.
Sancte Clemens,	ora.
Sancte Dionyſi cum Sóciis tuis,	ora.
Sancte Auguſtine,	ora.
Sancte Marcelle,	ora.
Sancte Benedicte,	ora.
Sancte Clodoalde,	ora.
Sancte Ludovíce,	ora.
Sancta Anna,	ora.
Sancta María Magdaléne,	ora.
Sancta Thecla,	ora.
Sancta Genovéfa,	ora.
Sancta Mónica,	ora.
Omnes Sancti & Sanctæ Dei,	Intercédite pro nobis.
Propítius eſto,	Parce nobis, Dómine.
Ab omni malo,	Líbera nos, Dómine.
Per myſtérium ſanctæ Incarnatiónis tuæ,	líbera.

Digitized by Google

Per Nativitátem tuam, líbera.
Per Crucem & Paſſiónem tuam, líbera.
Per ſanctam Reſurrectiónem tuam, líbera.
Per admirábilem Aſcenſiónem tuam, líbera.
Peccatóres, Te rogámus, audi nos.

Surgit Sacerdos, & dicit:

Ut hoc Sacellum & Altáre, in honórem tuum, ſub nómine Sancti tui N. (*vel* Sanctæ tuæ N.) purificáre & benedícere ✠ dignéris, ℟. Te rogámus, audi nos.

Genuflectit, & proſequitur:

Ut nos exaudíre dignéris, te rogámus, audi nos.
Fili Dei, te rogámus.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Parce nobis, Dómine.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Exáudi nos, Dómine.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Miſerére nobis.

Surgit, & dicit:

OREMUS.

PÆVENIAT nos, quæſumus, Dómine, miſericórdia tua; &, intercedente Beátâ Maríâ ſemper Vírgine, Beáto (*vel* Beátâ) N. cum ómnibus Sanctis tuis, voces noſtras clemén-tia tuæ propitiatiónis exáudiat. Per Chriſtum. ℟. Amen.

Completâ Oratione, Altare aſpergit Aquâ-benedictâ, in medio, ad dexteram & ad lævam, dicens: Aſperges me, Dómine, *&c. Deindè Sacellum interiùs circuit, parietes ſurſùm ac deorſùm aſpergens, identidemque dicens:* Aſperges, &c.

Peractâ Aſperſione, dicit:

OREMUS.

DEUS, qui loca Nómini tuo dedicanda invisíbili operatióne ſanctíficas: effunde ſuper hanc Oratiónis domum grátiam tuam; ut ab ómnibus hìc nomen tuum invocántibus miſeri-córdiæ tuæ ſentiátur auxílium. Per Dóminum. ℟. Amen.

Tum, ſi per horam liceat, in novo Sacello Miſſa celebra-tur: ac denique geminum Benedictionis conficitur Inſtrumentum, ut in præcedenti Benedictione dictum eſt.

Digitized by Google

ORDO BENEDICENDI

Novum Cœmeterium.

PRIDIE Benedictionis, defigatur in medio Cœmeterio ligneæ Crux ad hominis altitudinem erecta, in qua tres ſint cuſpides, una in ſummitate, duæ in brachiis. Ante ipſam verò Crucem defigatur ligneus etiam paxillus ad altitudinem cubiti, cujus in ſummitate tres pariter ſint cuſpides.

Ipſo die, horis matutinis, Sacerdos ad Benedictionem delegatus, Superpelliceo induitur, Stolâque & pluviali albi coloris. Ad Cœmeterium pergit, comitante Clero, præeunte Crucifero, cum duobus Ceroferariis, & tribus Clericis, quorum unus Vas Aquæ benedictæ cum Aſpergillo, alter Thuribulum cum Navicula, tertius hoc Volumen cum tribus Cereis non accenſis deferat. Priùs verò humi ſternitur, vel tapes, vel ſimile quiddam, ſuper quod, ubi opus fuerit, genua flectat Celebrans.

Ubi omnes ad Crucem pridiè in Cœmeterio defixam pervenerint, ibi conſiſtunt; & Clericus tres Cereos gerens, eos accendit, tribuſque paxilli cuſpidibus imponit. Tum Sacerdos, detecto capite, ſtans ad Crucem ligneam, cantat:

OREMUS.

OMNIPOTENS æterne Deus, cuſtos animárum, & ſalus credéntium, réſpice propítius ad nóſtræ ſervitútis officium; & ad intróitum noſtrum purificétur ✠, benedicátur ✠ & ſanctificétur ✠ hoc Cœmetérium; ut humána córpora hìc in ſpem beátæ reſurrectiónis deponenda, in magno judícii die ſimul cum felícibus animábus vitæ perennis gáudia mereantur adipíſci; Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

℟. Amen.

Deindè Sacerdos & cuncti aſtantes, excepto Proceſſionis

Digitized by Google

Crucigero, & Ceroferariis, ante Cœmeterii Crucem ligneam genua flectunt; ſtatimque cantantur Litaniæ Sanctorum, *ut ſuprà, pag.* 394. *incipiente Cantore, cæteris reſpondentibus: & cùm dictum fuerit,* Ut nos in tuo ſancto ſervítio, &c. ℟. Te rogámus, audi nos. *Surgit Sacerdos, & manu ſignum Crucis exprimens, cantat in eodem tono:*

Ut hoc Cœmetérium purificáre & benedícere ✠ dignéris; ℟. Te rogámus, audi nos.

Confeſtim in genua ſe reflectit; & Litaniæ perficiuntur.

Quibus finitis, ſurgunt omnes; & Sacerdos Crucem ligneam aſpergit Aquâ-benedictâ, imponens Antiphonam Aſperges me, *proprio tono inferiùs notatam; quam proſequitur Clerus. Ipſe verò, ſtatim atque Antiphonam impoſuit, & Crucem aſperſit, Sacerdos, comitante Clero in ordine Proceſſionis, Cœmeterium circuit, à parte dextra incipiens, & illud, dextram Pluvialis oram ſuſtinente miniſtro, ubique aſpergit, identidem dicens ſine cantu:* Aſperges me, Dómine, &c.

Interim Clerus, præcinente, ut dictum eſt, Sacerdote, cantat:



Peractâ

Peractâ aſperſione, Sacerdos redit ad Crucem cum toto Clero; & Choro jam ſilente, cantat:

OREMUS.

DEus, totíus orbis cónditor, & humáni géneris Redemptor, omniumque creatúrarum viſibílium & inviſibílium ſupréme diſpóſitor; te ſúpplices exorámus, ut hoc Cœmetérium, in quo famulórum famulárumque tuárum córpora, conſummáto hujus vitæ curſu, requieſcant, purificáre ✠, benedícere ✠ & ſanctificáre ✠ dignéris; & qui remiſſiónem ómnium peccatórum, per tuam magnam miſericórdiam, vivis in te confidéntibus indulges, mortuórum étiam corpóribus quæ hìc ſub triumpháli Crucis tuæ vexillo Angélicæ tubæ clangórem expectábunt, glorióſæ Reſurrectiónis conſórtium impertíre. Qui vivis & regnas cum Deo Patre, &c.

Poſteà figit in Cruce tres Cereos ardentes; thus imponit in thuribulum, & benedicit; Crucem aſpergit Aquâ benedictâ, in medio, ad dextram & ad lævam; eam denique trino ductu incenſat; & eodem quo venerat ordine revertitur Proceſſio.

ORDO RECONCILIANDI

Eccleſiam pollutam, quæ ab Epiſcopo non fuerit olim conſecrata.

QUIBUSNAM in caſibus polluta cenſeatur Eccleſia, & quid, eâ pollutâ, ſit obſervandum, in primo Paſtoralis hujus Libri Volumine diximus, ubi de Loco Sacrificii.

ANTEMERIDIANIS horis fieri debet Eccleſiæ pollutæ Reconciliatio. Priùs detrahenda ſunt omnia reconcilianda Eccleſiæ ornamenta, nudanda omnia ejus Altaria; efficiendumque, ſi per

locorum ſitum liceat, ut Eccleſia, tum intrinſecùs, tum extrinſecùs, liberè circuiri poſſit. Paretur Vas Aquæ-benedictæ, & Aſpergillum ex hyſſopo confectum.

Sacerdos ad hanc Reconciliationem à Diœceſano Pontifice vel hujus Vicario-generali delegatus, Superpelliceo induitur, Stolâque violaceâ cum ejuſdem coloris Pluviali; & ad præcipuam Eccleſiæ januam procedit, comitante Clero, præeuntibus duobus Acolythis Cereos accenſos ferentibus, Crucigero, & Clerico Vas Aquæ-benedictæ gerente cum dicto Aſpergillo.

Cùm ad januam venerit Sacerdos, ante illam conſiſtens, imponit Antiphonam ſequentem.



Aſper-ges me. 6. F.

Tum Cantor incipit Pſalmum 50 Miſerere meî, Deus; *quem alternis proſequitur Clerus, ſine* Gloria Patri *in fine. Deindè cantatur Ant.* Aſperges me, &c. *ut ſuprà, pag.* 412. *ſine* Alleluia *in fine, etiam tempore Paſchali.*

Sacerdos, ubi primùm Antiphonam impoſuit, comitante Clero in ordine Proceſſionis, Eccleſiam circuit extrinſecùs, à parte dextra incipiens; &, Pluvialis oram dextram ſublevante miniſtro, cum Aſpergillo ex hyſſopo Aquam benedictam inſpergit alternatim Eccleſiæ parietibus terræque Cœmeterii, ſi ſit Eccleſiæ contiguum, Aſperſionem diligentiùs exequens, vel potiùs ingeminans, in locis pollutis, identidemque dicens ſine cantu: Aſperges me, &c.

Proceſſione ad Eccleſiæ januam regreſſâ, detecto capite ſtans canit Sacerdos:

OREMUS.

PRÆVENIAT nos, quæſumus, Dómine, miſericórdia tua; &, intercedente Beátâ Maríâ ſemper Vírgine, Beáto (*vel* Beátâ) N. cum ómnibus Sanctis tuis, voces noſtras cleméntia tuæ propitiatiónis exáudiat; Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Digitized by Google

Deindè Cantor Litanias incipit, quæ ſuperiùs occurrunt, pag. 394. *ſtatimque Clerus ordine Proceſſionis Eccleſiam ingreditur, & ad majoris Altaris utrumque latus accedens, ibi genua ſubmittit, medio Celebrante in infimo ejus gradu, & Acolythis Cereos in ſuppedaneo deponentibus. Crux autem Proceſſionis in conſueto loco deponitur.*

In his porrò Litaniis, Sanctus vel Sancta Titularis in ſuo ordine bis invocatur.

Poſtquàm dictum eſt:

Ut noſmetipſos in tuo ſancto ſervítio, &c.

℟. Te rogámus, audi nos.

Surgit Sacerdos, & ſignum Crucis manu exprimens, cantat in eodem tono:

Ut hanc Eccléſiam cum Altári, (& hoc Cœmetérium, *ſi ſit Eccleſiæ contiguum*) purificáre ✠ & reconciliáre dignéris,

℟. Te rogámus, audi nos.

Tum in genua ſe reflectit, & perficiuntur Litaniæ.

Dicto ultimo Agnus Dei, *ſurgunt omnes, & Sacerdos cantat:*

OREMUS.

Flectámus génua. *Idem, interpoſitâ brevi morâ:* Leváte.

OMNIPOTENS & miſéricors Deus, qui Sacerdótibus tuis tantam præ cæteris grátiam contuliſti, ut quidquid in tuo nómine ab eis ágitur, à te fíeri credátur; tuam ſúpplices exorámus immenſam cleméntiam, ut quidquid viſitámus, víſites, & quidquid benedícimus, benedícas ✠; atque ad noſtræ humilitátis intróitum, per mérita Beátæ Maríæ ſemper Vírginis,

Beáti (*vel* Beátæ) N. omniumque Sanctórum, procul effúgiant maligni ſpíritus, & Angeli pacis ingrediantur. Per Dóminum, &c.

Quo dicto, Sacerdos imponit Antiphonam Exurgat Deus, *ut infrà; & ſtatim, præcedente Cruce, & comitante Clero, Eccleſiam circuit intrinſecùs, à parte dextra incipiens, parieteſque, ac præſertim contaminata pavimenti loca, Aquæbenedictæ aſperſione purificat, identidem dicens :* Aſperges me, &c.

Interim Chorus incœptam à Sacerdote Antiphonam proſequitur, cæteraque deſcripto inferiùs ordine canuntur.



Finitâ Antiphonâ, cantant duo Choriſtæ,



de 7. in d.

Sicut déficit fumus, deficiant : * ſicut fluit cera à fácie ignis, ſic péreant peccatóres à fácie Dei.

Repetit Chorus : Ant. Exurgat Deus, &c.

Choriſtæ. Et juſti epulentur, & exultent in conſpectu Dei ; * & delectentur in lætítia.

Chorus. Exurgat Deus, &c.

Choriſtæ. Cantáte Deo, pſalmum dícite nómini ejus : * iter fácite ei qui aſcendit ſuper occáſum : Dóminus nomen illi.

Chorus. Exurgat Deus, &c.

Digitized by Google

Choriſtæ. Deus in loco ſancto ſuo : * Deus qui inhabitáre facit unius moris in domo.

Chorus. Exurgat Deus, &c. *Non dicitur* Gloria Patri.

His dictis, præcinente Choriſtâ, cantatur ſequens



* Templum. 1. *Cor.* 3. 2. *Mach.* 3.

Non dicitur Gloria Patri.

Redux ad Altare, finito Reſponſorio, Cantat Sacerdos :

OREMUS.

SANCTE ſanctórum, Deus, cujus domum decet perpétua ſanctitúdo ; exáudi nos, quæſumus, & concé-

de, ut in pósterum invioláta loci hujus Nómini sancto tuo consecráti permáneat Benedíctio, & tuæ propitiatiónis beneficia in eo percípere mereantur Fidéles subjectâ tibi mente supplicantes; Per Dóminum nostrum, &c.

His peractis, ornabitur Altare, & celebrabitur Missa diei propria.

Decretal. *Aqua*, de Conſ. Eccl. l. 3. Tit. 40.

¶ *QUOD si polluta Eccleſia olim ab Epiſcopo ſolemniter fuerit conſecrata; ſtatuit quidem Jus Canonicum eam à ſolo pariter Epiſcopo reconciliari poſſe, adhibitâ Aquâ quæ dicitur* Gregoriana, *quam ſcilicet cum ſale, vino & cinere ad hoc benedixerit Epiſcopus: ſed nunc uſus obtinuit ut etiam à Presbytero, de Ordinarii licentia, peragi poſſit hujuſmodi Reconciliatio; & tunc Presbyter delegatus Ritum ſequi debet in Pontificali præſcriptum, & Aquam Gregorianam adhibere.*

ORDO RECONCILIANDI CŒMETERIUM,

Eccleſiâ non violatâ, pollutum, ſive Eccleſiæ contiguum, ſive ab ea ſejunctum.

POLLUTUM & profanatum, nec jam tumulandis Fidelium corporibus idoneum cenſetur Cœmeterium iiſdem de cauſis propter quas polluitur Eccleſia, & quas in primo Libri hujuſce Paſtoralis Volumine aſſignavimus ubi de loco Sacrificii. *Quandò Cœmeterium Eccleſiæ contiguum eo ſolo pollutum eſt quòd polluta ſit Eccleſia, per Eccleſiæ Reconciliationem ſimul reconciliatum & purificatum cenſetur. Sed quandò pollutum fuerit ſolum Cœmeterium, Ritu ſequenti fiet ejus Reconciliatio.*

MATUTINIS horis, Sacerdos ab Epiſcopo delegatus, Superpelliceo indutus, Stolâque & Pluviali coloris violacei, comitante Clero, præcedente Crucigero, Clerico etiam Vas Aquæ-

Digitized by Google

benedictæ & Aſpergillum gerente, ad Cœmeterium procedit. Quò cùm venerit, ante Cœmeterii Crucem ſuper inſtrato tapete genuâ flectit; omnibuſque, excepto Crucigero, ſimul in genua provolutis, Litaniæ Sanctorum, ut ſuprà, pag. 394. à duobus Choriſtis, reſpondente Clero & populo, canuntur.

Poſt hæc verba:

Ut nos in tuo ſancto ſervítio, &c.

℟. Te rogámus, audi nos.

Surgit Sacerdos, dextrâque ſignum Crucis exprimens ſuper Cœmeterium, in eodem tono cantat:

Ut hoc Cœmetérium purificáre ✠ & reconciliáre dignéris,

℟. Te rogámus, audi nos.

Quibus dictis, ſeſe in genua reflectit, & perficiuntur Litaniæ.

Dicto ultimo Agnus Dei, *ſurgunt omnes, & Sacerdos, accepto Aſpergillo cum Aqua-benedicta, imponit Antiphonam,* Aſperges me, *ut ſuprà, pag. 412. quam proſequitur Chorus, ſine* Alleluia *in fine, etiam Tempore Paſchali.*

Tum Cantor incipit (de 6 in F.) *Pſalmum* 50. Miſerére meî, Deus; *qui cantatur integer, ſine* Gloria Patri.

In fine, repetitur Antiph. Aſperges me, &c.

Interim Sacerdos totum circuit Cœmeterium, incipiens ab ejus parte dextera, & ubique Aquam-benedictam inſpergit, eo præſertim in loco ubi profanatio commiſſa eſt, identidem dicens mediocri voce & ſine cantu: Aſperges me, &c.

Peractâ Aſperſione, redit ad Cœmeterii Crucem, & ibi ſtans canit:

OREMUS.

Flectámus génua. *Idem, interjectâ brevi morâ,* Leváte.

DOMINE Jeſu Chriſte, qui agrum figuli prétio tui Sánguinis in peregrinórum ſepultúram comparári vo-

luisti ; hoc Cœmetérium peregrinórum tuórum, cœléstis pátriæ incolátum expectántium, tuâ benedictióne ✠ purífica ; ut in se jam depósita & in pósterum deponenda córpora dignè custódiat ; ac demùm, ad supernæ civitátis habitatiónem tuo Sánguine acquisítam, gloriósè resuscitáta & córpori claritátis tuæ configuráta, reddat in consummatióne séculi, cùm véneris judicáre vivos & mórtuos & séculum per ignem.

℟. Amen.

His peractis, eodem quo venerat ordine revertitur Processio.

DE EXORCISMIS.

Digitized by Google

DE EXORCISMIS.

De exorcizandis Energumenis, seu a Dæmone vexatis.

Multos à dæmone vexatos, dum Chriſtus mortalem in terris vitam ageret, paſſim in Evangelio legitur: atque his etiam temporibus viventium hominum corpora, Deo ſic permittente, à ſpiritu nequam occupari atque exagitari poſſe, res eſt omninò extra dubium poſita. In quo tamen ab errore, fallacia & mendacio ſummoperè cavendum eſt. Nec enim defuerunt, qui, ut Eccleſiam ipſiuſque Miniſtros illuderent, probroſam illam ac miſeram ſervitutem, dæmoniacæ poſſeſſionis imitatione, inſidioſè ſimulaverint. Alii, ſinceri quidem, ſed nimiùm creduli, corporis aut etiam mentis infirmitate decepti, tenebrarum ſpiritui falsò tribuunt quos in corpore experiuntur motus inſolitos, exiſtimantque non eſſe naturales effectus quorum cauſa ignoratur. Vanos profectò, hæreticiſque & impiis ridendos, in hujuſmodi perſonas Exorciſmos adhiberet Eccleſiæ Miniſter.

Itaque, ut fallaciæ ac mendacio præcludatur omnis aditus, Energumenorum, ſi qui fortaſsè tales videantur, examen ac diſquiſitionem Nobis reſervamus; ac prohibemus ne quis, ſive Secularis, ſive Regularis Presbyter, ullum ſuper quaſcumque perſonas Exorciſmum injuſſu noſtro adhibeat.

Cùm autem grave ac periculoſum ſit Exorciſtæ munus, utpotè cui res ſit cum dæmone, humani generis hoſte callidiſſimo; Sacerdos, ſeu quivis alius Miniſter qui Energumenos exorcizandi licentiam acceperit, eâ quâ par eſt pietate ac morum integritate præditus eſſe debet; qui, non ſuâ, ſed divinâ fretus virtute, & ab omni rerum humanarum cupiditate alienus, tam arduum opus ex charitate conſtanter atque humiliter exequatur.

Ante omnia ſuam ab omni peccato conſcientiam emundare ſtudeat; Spiritûs ſancti auxilium fervidâ prece imploret. Intentionem habeat rectam & ſanctam, ſublevandi ſcilicet proximi, divinæque gloriæ illuſtrandæ. Talis denique ſit fidei magnitudine ac virtutum ſplendore, cui *ſpiritus nequam* dicere non auſit, ut olim Judæis Exorciſtis: *Jeſum novi, & Paulum ſcio*; tu autem, quis es (*a*)?

Porro ut Exorciſta rectè ſuo munere fungatur, hæc diligenter obſervabit.

Imprimis non facilè credat aliquem à dæmone poſſeſſum eſſe; ſed nota habeat ea ſigna, quibus Energumenus dignoſcitur ab iis qui vel atrâ bile vel morbo aliquo laborant.

Signa autem Energumeni ſunt:

(*a*) Act. 19. 13. 15.

1°. Ignotâ linguâ loqui, idque maximè longâ ſerie verborum quæ prævideri non potuerint; vel, ita loquentem intelligere: 2°. Diſtantia & occulta patefacere: 3°. Vires ſupra naturam oſtendere: & id genus alia, quæ cùm plurima concurrunt, majoris momenti ſunt indicia.

Deindè, poſt unum aut alterum Exorciſmum interroget Energumenum, quid ſenſerit in animo vel in corpore; ut ſciat quænam ad verba dæmones magis contremiſcant, eaque magis deinceps inculcet atque ingeminet.

Advertat quibus artibus ac deceptionibus utantur dæmones ad Exorciſtam decipiendum: ſolent enim, ut plurimùm, fallaciter reſpondere, & difficilè ſe manifeſtare, ut Exorciſta diù defatigatus deſiſtat, aut infirmus videatur non eſſe à dæmonio vexatus.

Aliquandò, poſtquàm ſunt manifeſtáti, abſcondunt ſe, & corpus relinquunt, quaſi liberum ab omni moleſtia, ut infirmus putet ſe omninò liberatum eſſe: ſed ceſſare non debet Exorciſta, donec liberationis ſigna viderit.

Aliquandò etiam dæmones ponunt quæcumque poſſunt impedimenta, ne Exorciſmis ſe ſubjiciat infirmus; vel perſuadere conantur naturalem eſſe infirmitatem.

Interdùm in medio Exorciſmi gravem infirmo ſoporem immittunt, eumque, immiſſo aliquo phantaſmate illudunt, ſubtrahendo ſe, ut infirmus liberatus videatur.

Aliqui oſtendunt factum maleficium, & à quibus ſit factum, & modum ad illud diſſipandum; ſed caveat Energumenus ne propter hoc ad Magos, vel ad alios quam ad Eccleſiæ Miniſtros confugiat, nec ullâ ſuperſtitione aut alio modo illicito utatur.

Quandoque diabolus infirmum quieſcere & ſuſcipere ſanctiſſimam Euchariſtiam ſinit, ut diſceſſiſſe videatur.

Denique innumerabiles ſunt dæmonis artes & fraudes ad decipiendum hominem; quibus ne fallatur Exorciſta, cautum eſſe hunc oportet.

Quare, memor Dominici effati: *Genus* eſt *dæmoniorum* quod *non ejicitur niſi per orationem & jejunium* (*b*), hæc duo potiſſimùm remedia ad impetrandum divinum auxilium, dæmoneſque pellendos, exemplo ſanctorum Patrum, quoad fieri poterit, tum per ſe adhibeat, tum per alios curet adhiberi.

In Eccleſiam, ſi commodè fieri poſſit, vel in alium religioſum & honeſtum locum ſeorſim à multitudine perductus, præſentibuſque duntaxat paucis viris probis, præſertim verò Eccleſiaſticis, de ſpeciali noſtra licentia, & non aliter, Energumenus exorcizetur.

Admoneatur Energumenus, ſi mente & corpore valeat, ut pro ſe Deum oret, jejunet, peccatorum Confeſſione & Corporis Chriſti Communione ſæpiùs, de conſilio Sacerdotis, ſe communiat; dumque exorcizatur, totum ſe colligat, & ad Deum convertat, ac firmâ fide ſalutem ab eo depoſcat cum omni humilitate. Et cùm vehementiùs vexatur, patienter ſuſtineat, auxilium Dei magnâ fiduciâ expectans.

(*b*) Matth. XVII. 20.

Digitized by Google

Habeat præ manibus, vel in conſpectu, crucifixi Domini Jeſu effigiem. Sanctorum etiam Reliquiæ, ubi haberi poſſunt, decenter ac turò colligatæ & coopertæ, ad pectus vel caput Energumeni reverenter admoveantur: ſed caveatur ne res ſacræ indignè tractentur, aut illis à dæmone ulla fiat injuria.

Sanctiſſima verò Euchariſtia ſuper caput Energumeni, aut aliter ejus corpori non admoveatur, ob irreverentiæ periculum.

Exorciſta ne vagetur in multiloquio, aut ſupervacaneis vel curioſis interrogationibus, præſertim de rebus futuris & occultis, ad ſuum munus non pertinentibus; ſed jubeat immundum ſpiritum tacere, & ad interrogata tantùm reſpondere. Neque ei credatur, ſi dæmon ſimulet ſe eſſe animam alicujus Sancti, vel defuncti, vel Angelum bonum.

Neceſſariæ verò interrogationes ſunt, ut de numero & nomine ſpirituum vexantium, de tempore quo ingreſſi ſunt, de cauſa, & aliis hujuſmodi inquiratur. Cæteras autem dæmonis nugas, riſus & ineptias Exorciſta cohibeat aut contemnat; & aſtantes admoneat ne his moveantur, neque ipſi interrogent Energumenum, ſed potiùs humiliter & enixè Deum pro illo deprecentur.

Exorciſmos autem pronuntiet cum imperio & auctoritate, magnâ fide & humilitate atque fervore; & cùm viderit ſpiritum valdè torqueri, tunc magis inſtet & urgeat. Quotiès viderit Energumenum in aliqua corporis parte commoveri aut pungi, ibi ſignum Crucis exprimat, & Aquam benedictam inſpergat, quam idcircò ſemper in promptu habeat.

Iis potiſſimùm verbis inſiſtat, quæ dæmonem magis conturbare viſa fuerint; & quandò pervenerit ad comminationem, eam iterùm & ſæpiùs proferat, pœnam ſemper augendo: ac ſi videat ſe proficere, in ipſa perſeveret per duas, tres, quatuor horas, & ampliùs, prout poterit, donec victoriam conſequatur.

Cæterùm caveat Exorciſta ne ullam medicinam infirmo vel obſeſſo præbeat aut ſuadeat, ſed curam hanc Medicis relinquat.

Mulierem exorcizans, ſemper ſecum habeat honeſtas mulieres à Nobis facultatem habentes, quæ Energumenam teneant, dum exagitatur à dæmonio; quæ quidem perſonæ ſint mulieri poſſeſſæ, ſi fieri poſſit, cognatione proximæ; atque honeſtatis memor Exorciſta caveat ne quid dicat vel faciat, quod ſibi aut aliis pravæ cogitationis eſſe poſſit occaſio.

Jubeat dæmonem dicere an detineatur in illo corpore ob aliquam operam magicam, aut malefica ſigna vel inſtrumenta: quæ ſi Energumenus ore ſumpſerit, evomat; vel ſi alibi extra corpus fuerint, ea revelet, & inventa comburantur.

Quòd ſi tandem liberatus fuerit Energumenus, moneatur ut diligenter ſibi caveat à peccatis, ne occaſionem dæmoni præbeat in ipſum revertendi, ſicque *fiant noviſſima illius pejora prioribus.*

Digitized by Google

EXORCISMUS SUPER ENERGUMENIS,

Aut quocumque modo à Dæmone vexatis.

SACERDOS Energumenum exorcizaturus, præmiſsâ delictorum Confeſſione, aut ſaltem internâ eorum deteſtatione, Superpelliceo indutus, & Stolâ violacei coloris, vel, poſt Miſſæ celebrationem, Albâ & Stolâ, allatâ Cruce & Aquâ-benedictâ, Cereoque accenſo, ſancto Spiritu invocato, aſtantibuſque admonitis ut ſuas preces cum Sacerdotis actione conjungant, Energumenum habens coram ſe in genua provolutum, ſuper ſe exprimat ſignum Crucis, & dicat voce intelligibili:

In nómine ✠ Patris, & Fílii, & Spíritûs ſancti. Amen.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam;
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣ Dóminus vobíſcum;
℟. Et cum ſpíritu tuo.

OREMUS.

DOMINE Jeſu Chriſte, Verbum Dei Patris, qui ſanctis Apóſtolis tuis dediſti poteſtátem tollendi ſerpentes, & profligandi omnem virtútem inimíci; & cujus poténtiâ victus sátanas, tanquam fulgur de cœlo cécidit: tuum nomen ſupplex tremenſque déprecor, ut mihi indigno fámulo tuo, conceſsâ véniâ peccatórum, fidúciam & virtútem donáre dignéris, ut hunc humáni géneris crudeliſſimum hoſtem bráchii tui fortitúdine ſecúrus aggrédiar; Qui vivis & regnas Deus.
℟. Amen.

OREMUS.

OMNIPOTENS ſempiterne Deus, cujus à fácie cœli diſtillant, montes ſicut cera liqueſcunt, terra tremit; cui patent abyſſi, quem paveſcit infernus: te ſupplex déprecor, ut, per invocatiónem ſancti tui nóminis, hic fámulus tuus N. (*vel* hæc fámula tua N.) à dæmonis vexatióne liberétur, omníque depulſo diabólicæ impugnatiónis terróre, tibi ſalútis ſuæ auctóri váleat líberâ mente ſervíre. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Digitized by Google

Tunc Energumenus, ſi poſſit, clarâ voce recitet Symbolum Apoſtolorum, præeunte Sacerdote, qui ſtatim dicat:

℣. Benedicámus Patrem & Fílium cum ſancto Spíritu:
℟. Laudémus & ſuperexaltémus eum in ſécula.
℣. Dóminus vobiſcum;
℟. Et cum ſpíritu tuo.

OREMUS.

OMNIPOTENS ſempiterne Deus, qui dediſti fámulis tuis in confeſſióne veræ fidei æternæ Trinitátis glóriam agnóſcere, & in poténtia majeſtátis adoráre unitátem; quæſumus, ut ejuſdem fidei firmitáte, ab ómnibus ſemper muniámur adverſis. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Deindè legit Evangelia quæ ſequuntur, ſignans in principio Librum, deindè frontem, os & pectus ſuum, ac poſtremò frontem Energumeni; ſingulis Evangeliis præmittens:

℣. Dóminus vobiſcum;
℟. Et cum ſpíritu tuo.

℣. Sequéntia ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum. *Cap.* 17.
℟. Glória tibi, Dómine.

ACCESSIT ad Jeſum homo génibus provolútus ante eum, dicens: Dómine, miſerére fílio meo, quia lunáticus eſt, & malè pátitur; nam ſæpè cadit in ignem, & crebrò in aquam: & óbtuli eum diſcípulis tuis, & non potuérunt curáre eum. Reſpondens autem Jeſus, ait: O generátio incrédula & perverſa, quouſque ero vobiſcum? úſquequò pátiar vos? afferte hùc illum ad me. Et increpávit illum Jeſus, & éxiit ab eo dæmónium, & curátus eſt puer ex illa hora. Tunc acceſſérunt diſcípuli ad Jeſum ſecrétò, & dixérunt: Quare nos non potúimus ejícere illum? Dixit illis Jeſus: Propter incredulitátem veſtram. Amen quippè dico vobis, ſi habuéritis fidem ſicut granum ſinápis, dicétis monti huic, Tranſi hinc illùc, & tranſíbit; & nihil impoſſíbile erit vobis. Hoc autem genus non ejícitur niſi per oratiónem & jejúnium.

Digitized by Google

℣. Sequéntia sancti Evangélii secundùm Marcum. *Cap.* 16.
℟. Glória tibi, Dómine.

RECUMBÉNTIBUS undecim appáruit Jesus, & exprobrávit incredulitátem eórum, & durítiam cordis; quia iis qui víderant eum resurrexísse, non credidérunt. Et dixit eis: Euntes in mundum universum, prædicáte Evangélium omni creatúræ. Qui credíderit & baptizátus fúerit, salvus erit; qui verò non credíderit, condemnábitur. Signa autem eos qui credíderint, hæc sequentur: in nómine meo dæmónia ejicient; linguis loquentur novis; serpentes tollent; & si mortíferum quid bíberint, non eis nocébit; super ægros manus impónent, & benè habébunt. Et Dóminus quidem Jesus, postquàm locútus est eis, assúmptus est in cœlum, & sedet à dextris Dei. Illi autem profécti, prædicavérunt ubíque, Dómino cooperante, & sermónem confirmante, sequéntibus signis.

℣. Sequéntia sancti Evangélii secundùm Lucam. *Cap.* 4.
℟. Glória tibi, Dómine.

DESCENDIT Jesus in Capharnaüm, civitátem Galilææ, ibíque docébat illos Sábbatis; & stupébant in doctrína ejus, quia in potestáte erat sermo ipsius. Et in Synagóga erat homo habens dæmónium immundum, & exclamávit voce magnâ, dicens: Sine; quid nobis & tibi, Jesu Nazaréne? venísti pérdere nos? Scio te, quis sis, Sanctus Dei. Et increpávit illum Jesus, dicens: Obmutésce, & exi ab eo. Et cùm projecísset illum dæmónium in médium, éxiit ab illo, nihilque illum nócuit.

℣. Sequéntia sancti Evangélii secundùm Joannem. *Cap.* 12.
℟. Glória tibi, Dómine.

DIXIT Jesus turbis Judæórum: Nunc judícium est mundi; nunc princeps hujus mundi ejiciétur foras: & ego, si exaltátus fúero à terra, ómnia traham ad meipsum. Hoc autem dicébat, significans quâ morte essét moritúrus. Respondit ei turba:

Digitized by Google

Nos audívimus ex lege, quia Christus manet in æternum; & quómodò tu dicis, Oportet exaltári Fílium hóminis? Quis est íste Fílius hóminis? Dixit ergò eis Jesus: Adhùc módicum lumen in vobis est: ambuláte dum lucem habétis, ut non vos ténebræ comprehendant; & qui ámbulat in ténebris, nescit quò vadat. Dum lucem habétis, crédite in lucem, ut fílii lucis sitis.

Quo finito, Sacerdos osculatur Librum, dicens:

Per Evangélica dicta deleantur nostra delicta.

Librum deindè ponit super caput Energumeni. Postèa super illum extremam Stolæ partem imponens, operto capite, dicit:

℣. Adjutórium nostrum ✠ in nómine Dómini,
℟. Qui fecit cœlum & terram.

EXORCIZO te, immunde spíritus, in nómine Patris ✠, & Fílii ✠, & Spíritûs ✠ sancti, ut éxeas & recédas ab hoc fámulo Dei *N.* (*vel* ab hac fámula Dei *N.* Per me tibi ímperat immortális glóriæ Rex, qui pédibus super mare ambulávit, & Petro, ne mergerétur, déxteram porrexit; qui cæco nato óculos apéruit; qui quatriduánum Lázarum de monumento suscitávit; qui, ut impérium tuum destrúeret, fórtior te supervénit; qui étiam in potestáte & virtúte imperábat legiónis tuæ spirítibus, & trementes de homínibus exíbant. Recognósce ígitur eam quâ jam damnátus es, sempiternæ gehennæ sententiam. Da honórem Deo vivo ✠ & vero, da honórem Jesu ✠ Christo Fílio ejus coætérno, da honórem Spíritui ✠ sancto Paracléto. Recéde ab hoc fámulo Dei *N.* (*vel* ab hac fámula Dei *N.*); & hoc signum sanctæ ✠ Crucis, quod nos fronti ejus impónimus, tu, maledícte, nunquam áudeas violáre; Per eumdem Dóminum nostrum Jesum Christum, qui ventúrus est judicáre vivos & mórtuos, & séculum per ignem. ℟. Amen.

AUDI, sátana; adjurátus per nomen æterni Dei, & Fílii ejus Christi Jesu Salvatóris nostri. Cum tua victus invídia, cum tua gemens nequítia, discéde ab hoc fámulo Dei *N.* (*vel* ab hac fámula Dei *N.*) Festína, dimitte prædam tuam; ut ab omni

Digitized by Google

pénitùs vexatióne liberátus ſervus (*vel* liberáta ancilla) Dei, grátias ei perennes réferat, & benedícat nomen ejus in ſécula ſeculórum. ℟. Amen.

Poſteà Sacerdos, operto capite, manus tenens ſuper caput Energumeni, dicat:

Nec te láteat, sátana, imminére tibi pœnas, imminére tibi tormenta, imminére tibi judícium magnæ diéi, quæ véniet ſuccenſa quaſi camínus, in qua tibi & legiónis tuæ ángelis ſempiternus palàm denuntiábitur cruciátus. Pro tua ígitur nequítia damnáte, iterùmque damnande, da honórem Deo vivo & vero; da honórem Jeſu Chriſto Fílio ejus; da honórem Spirítui ſancto Paracléto: cujus in nómine atque virtúte præcípio tibi, inferne ſpíritus, ut éxeas & recédas ab hoc fámulo Dei *N.* quem (*vel* ab hac fámula Dei *N.* quam) Deus & Dóminus noſter Jeſus Chriſtus pretióſo Sánguine ſuo redímere dignátus eſt; Qui ventúrus eſt judicáre vivos & mórtuos, & ſéculum per ignem. ℟. Amen.

EXI, immunde ſpíritus, ab hac imágine Dei; nec in eam áudeas ámpliùs introíre: ipſe tibi per me ímperat, maledícte, qui te de ſupernis cœlórum in inferióra terræ demerſit, qui te retrorsùm abíre præcépit. Tu ergò, nequíſſime ſpíritus, humáni géneris inimíce, cujus invídiâ peccátum, & cum peccáto mors introívit in mundum, malórum radix, ſeductor hóminum, cauſa diſcórdiæ, pater mendácii, illum contremíſce, qui typicè in Iſaac immolátus eſt, in Joſeph venúmdatus, in agno occíſus, Cruci verè affixus; qui per mortem deſtruxit te qui habébas mortis impérium, & expólians infernos principátus & poteſtátes, traduxit confidenter, palàm triumphans illos in ſemetipſo. Recéde ergò, adjurátus in nómine Patris ✠, & Fílii, & Spíritûs ✠ ſancti, ab hoc fámulo (*vel* hac fámula) Dei, & ne ámpliùs in eum (*vel* eam) ingrediáris. Procul diſcéde, sátana: per vocem meam áuribus tuis íntonat Deus magnus & potens, Deus à forti prædam áuferens, Dóminus noſter Jeſus Chriſtus; Qui ventúrus eſt judicáre vivos & mórtuos, & ſéculum per ignem.

℟. Amen.

Poſteà

Posteà Sacerdos, aperto capite, & acceptâ Cruce, dicit:

Ecce lignum sanctæ Crucis, in quo salus mundi pependit: fúgite, hostes Dei & hóminum; vos étenim insigni triumpho debellávit Dóminus noster Jesus Christus, Fílius Dei, Rex regum, & Dóminus dominántium, leo de tribu Juda, radix David.

Energumeno Crucem dat osculandam, & simul cum eo dicit:

Adorámus te, Christe, & benedícimus tibi, quia per sanctam Crucem tuam redemísti mundum. Qui passus es pro nobis, Dómine Jesu Christe, miserére nobis.

Tum Sacerdos dicit:

Kyrie, eléison. ℟. Christe, eléison. Kyrie, eléison.
Secretò. Pater noster.
Clarâ voce. ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem;
℟. Sed líbera nos à malo.
℣. Exurgat Deus, & dissipentur inimíci ejus;
℟. Et fúgiant qui odérunt eum à fácie ejus. *Psf.* 67.
℣. Salvum fac servum tuum (*vel* ancillam tuam),
℟. Deus meus, sperantem in te. *Psf.* 85.
℣. Nihil proficiat inimícus in eo;
℟. Et fílius iniquitátis non appónat nocére ei. *Psf.* 88.
℣. Esto ei, Dómine, turris fortitúdinis,
℟. A fácie inimíci. *Psf.* 60.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam;
℟. Et clamor meus ad te véniat. *Psf.* 101.
℣. Dóminus vobíscum;
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

DEUS, qui culpâ offénderis, pœnitentiâ placáris: preces pópuli tui supplicantis propítius réspice; & flagella tuæ iracúndiæ, quæ pro peccátis nostris merémur, averte.

OMNIPOTENS sempiterne Deus, salus æterna credéntium: exáudi nos pro fámulo tuo infirmo (*vel* fámula tua infirma) pro quo (*vel* qua) misericórdiæ tuæ implorámus auxílium; ut, red-

ditâ sibi sanitáte, gratiárum tibi in Eccléſia tua réferat actiónes.

HOSTIUM noſtrórum, quæſumus, Dómine, elíde ſupérbiam, eorumque contumáciam déxteræ tuæ virtúte proſterne.

DEUS, qui contritórum non déſpicis gémitum, & mœréntium non ſpernis affectum; adeſto ſupplicatiónibus noſtris, quas tibi pro tribulatióne noſtra effúndimus, eaſque clementer exáudi; ut quidquid contra nos adverſáriæ moliuntur poteſtátes, ad níhilum redigátur, & nullis adverſitátibus læſi, ſed de omni tribulatióne & angúſtia erepti, lætas in Eccléſia tua gratiárum tibi referámus actiónes; Per Dóminum.

℟. Amen.

Poſſunt inſupèr dici Orationes de Beata Maria Virgine, de Sancto (vel *Sancta*) *cujus nomine vocatur perſona quæ à Dæmone vexatur, & Orationes de aliis Sanctis, quos præſertim colimus.*

Prætereà recitantur Pſalmi ſequentes, cum Symbolo.

34. Júdica, Dómine, nocentes me.

58. Éripe me de inimícis meis, Deus meus.

67. Exurgat Deus.

90. Qui hábitat in adjutório.

Quicumque vult ſalvus eſſe.

In fine, Sacerdos benedicit Energumeno, dicens:

Benedíctio Dei omnipotentis ✠, Patris, & Fílii, & Spíritûs ſancti, deſcendat ſuper te, & máneat ſemper.

℟. Amen.

UBI continuandus erit Exorciſmus, Sacerdos facultatem habens hac formâ utetur.

Indutus ut ſuprà, dicit, aperto capite, ſignum Crucis ſuper ſeipſum exprimens:

In nómine ✠ Patris, & Fílii, & Spíritûs ſancti.

℟. Amen.

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam;

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíſcum;

℟. Et cum ſpíritu tuo.

Digitized by Google

OREMUS.

DEus omnípotens, Sancte ſanctórum, & Pater Dómini noſtri Jeſu Chriſti, nomen ſanctum tuum humíliter implóro, ac præcláræ majeſtátis tuæ cleméntiam ſupplíciter exóro, ut adversùs hunc nequíſſimum ſpíritum, & omnem ejus vexatiónem, mihi pro fámulo tuo (*vel* fámula tua) invíctæ poténtiæ tuæ robur & vires ſuppeditáre dignéris. Per eumdem Chriſtum Dóminum noſtrum.

℟. Amen.

Poſteà, operto capite, extendens manum, dicit:

EXORCIZO te, immunde ſpíritus, omnis inferna légio, in nómine Dómini noſtri Jeſu Chriſti victóris ac triumphatóris tui, ut diſcédas & effúgias ab hac imágine Dei; ipſe tibi ímperat, qui te de ſupernis cœlórum in inferióra terræ demerſit. Audi ergò & nunc, sátana; victus & proſtrátus abſcéde, in nómine Dómini noſtri Jeſu Chriſti: tu, inquam, nequíſſime, inimíce fidei, hoſtis géneris humáni, auctor peccáti & mortis, malórum radix, ſeductor hóminum, incitátor invídiæ, orígo avarítiæ, cauſa diſcórdiæ. Quid ſtas & reluctáris, cùm ſcias Deum magnum & fortem tibi per me imperáre? Illum expaveſce, qui typicè in Iſaac eſt immolátus, in Joſeph venúmdatus, in agno occíſus, Cruci verè affixus; qui te tótiès increpávit & profligávit, qui per mortem ſuam de inferni poteſtátibus glorióſam victóriam reportávit. Recéde ergò, adjurátus in nómine Patris ✠, & Fílii ✠, & Spíritûs ✠ ſancti. Da locum Spíritui ſancto, per hoc ſignum ſanctæ Crucis ✠ (*Hic Cruce ſignat frontem obſeſſi*) Dómini noſtri Jeſu Chriſti; Qui cum Patre & Spíritu ſancto vivit & regnat Deus, per ómnia ſécula ſeculórum.

℟. Amen.

Si nondùm receſſerit ſpiritus malignus, Sacerdos proſequitur, aperto capite & junctis manibus:

℣. Dóminus vobiſcum;

℟. Et cum ſpíritu tuo.

OREMUS.

DEUS, humáni géneris cónditor ac defensor, respícere dignáre super hunc fámulum tuum *N.* qui (*vel* super hanc fámulam tuam *N.* quæ) invidi spíritûs malignitáte appétitur, quem (*vel* quam) antíquus hóminum adversárius formídine circumdat, terróre conturbat, & crudéli vexatióne míserum (*vel* míseram) exágitat. Repelle, Dómine, tetérrimimi hostis virtútem: sit tuæ signo Crucis ✠ ✠ ✠, (*hic ter signum Crucis exprimit in fronte & in pectore Energumeni*) munítus fámulus tuus (*vel* munita fámula tua): sit in mente, sit in córpore ab omni sátanæ impugnatióne defensus (*vel* defensa); Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

OREMUS.

PRÆSTA, quæsumus, Dómine, ad sanctíssimi nóminis tui invocatiónem, ut qui hucusque terrébat, térritus aufúgiat, & victus abscédat; posítque hic fámulus tuus (*vel* hæc fámula tua) & corde, & mente líberum tibi præbére famulátum; Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Deindè, operto capite, & extensâ manu dexterâ, dicit:

ADJURO te, sátana, per júdicem vivórum & mortuórum, per factórem & júdicem tuum, per mundi creatórem, ut ab hoc fámulo Dei *N.* qui (*vel* hac fámula Dei *N.* quæ) ad Ecclésiæ tutélam confugit, festínus discédas. Adjúro te rursùm, non meâ infirmitáte, sed virtúte Spíritûs sancti, ut éxeas ab hoc fámulo Dei *N.* quem (*vel* ab hac fámula Dei *N.* quam) omnípotens Deus ad imáginem suam creávit. Cede ígitur, cede, non mihi, sed ministro Dei & Salvatóris hóminum Jesu Christi; illíus enim te urget potestas, qui te affixus Cruci debellávit. Ad illíus brachium contremísce, qui, gemente subactoque inferno, ánimas è ténebris ad lucem in introítum Sanctórum perduxit. Sit tibi terror corpus hóminis; sit tibi formído imágo Dei. Ne reluctéris amplius, nec moréris ab hómine discé-

Digitized by Google

dere, quóniam complácuit Deo in hómine habitáre. Et ne contemnendum me putes, dum me peccatórem esse cognoscis. Imperat tibi Deus; imperat tibi majestas Christi; imperat tibi Pater, imperat tibi Fílius, imperat tibi Spíritus sanctus; imperat tibi fides Apostolórum Petri & Pauli, imperat tibi fides Mártyrum cæterorumque Sanctórum; imperat tibi sacramentum domínicæ Crucis ✠. Exi ergò, superbe hostis, exi, seductor, plene omni dolo & fallácia, veritátis inimíce, innocéntium persecútor; da locum durissime, da locum impiissime, da locum Jesu Christo, in quo nihil invenísti de opéribus tuis; qui te spoliávit, qui regnum tuum destruxit, qui te superátum ligávit, & vasa tua dirípuit; qui te projécit in ténebras, ubi sempiternus tibi cum legiónis tuæ spirítibus immundis præparátur cruciátus. Sed quid, truculente, recógitas? Quid, temerárie, retractas? Reus es omnipotenti Deo, cujus mandáta transgressus es; reus es Fílio ejus Jesu Christo Dómino nostro, quem tentáre ausus es, & crucifígere præsumpsísti; reus es humáno géneri, cui, ut mortis fructum coméderet, nefárie persuasísti.

Si adhùc non cessáverit aut non recesserit, Sacerdos, operto capite & junctis manibus, prosequitur:

℣. Dóminus vobíscum;
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

DOMINE sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, Pater Dómini nostri Jesu Christi, qui sátanam glóriæ tuæ hostem humanique géneris tyrannum sempiternis gehennæ ignibus condemnásti; qui Unigénitum tuum in hunc mundum misísti, ut illum rugientem leónem contéreret; réspice de cœlo propítius, & accélera ut éruas hóminem ad imáginem & similitúdinem tuam creátum, à ruína & dæmónio illudente & crudéliter vexante. Emitte, Dómine, terrórem tuum super béstiam quæ extérminat víneam tuam; da fidúciam servis tuis contra nequíssimum inimícum, ne contemnat sperantes in te; & ne dicat, sicut in Pharaóne jam dixit: Deum non novi, & Israël non dimittam. Urgeat illum déxtera tua; ne diútiùs

captívum (*vel* captívam) præsúmat tenére fámulum tuum *N.* quem (*vel* fámulam tuam *N.* quam) tu ad imáginem tuam formáre, & in Fílio tuo redímere dignátus es; Qui tecum vivit & regnat Deus. ℟. Amen.

Tunc, operto capite, & extensâ manu dexterâ, dicit:

ADJURO ergò te, nequíssime spíritus, in nómine Agni immaculáti, qui ambulávit super áspidem & basilíscum, qui conculcávit leónem & dracónem, ut discédas ✠ ab hómine, discédas ab ✠ Eccléfia. (*Hic signum Crucis exprimit super astantes.*) Contremísce & éffuge ad invocatiónem nóminis Dei ac Dómini nostri Jesu Christi, quem ínferi tremunt, cui Virtútes cœlórum, cui Potestátes & Dominatiónes subjectæ sunt; quem Chérubim & Séraphim indefessis vócibus laudant: ímperat tibi Verbum caro factum, ímperat tibi natus ex Vírgine, ímperat tibi Jesus Nazarénus, qui te, cùm discípulos ejus contémneres, elísum atque prostrátum exíre præcépit ab hómine; quo præsente, cùm te ab hómine profligasset, ne porcórum quidem gregem contíngere præsumébas. Recéde ergò nunc, adjurátus in nómine illíus, ab hómine quem ipse creávit. Durum tibi est velle resístere, qui, quantò tárdiùs exis, tantò majus tibi supplícium ággeras; quia non hómines contemnis, sed illum qui ventúrus est judicáre vivos & mórtuos, & séculum per ignem. ℟. Amen.

Si Energumenus nondùm liberatus fuerit, Sacerdos, aperto capite & junctis manibus, sic prosequitur:

℣. Dóminus vobiscum; ℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

DOMINE Jesu Christe, Verbum Patris, qui Deus es ac Dóminus universæ creatúræ, qui sanctis Apóstolis tuis dedísti potestátem serpentes tollendi, curandi infirmitátes & ejiciendi dæmónia; cujus virtúte prostrátus sátanas, tanquam fulgur de cœlo cécidit; tuum sanctum nomen cum timóre & tremóre supplíciter déprecor, ut mihi indigno fámulo tuo, concessâ ómnium delictórum meórum véniâ, fidúciam & virtútem donáre dignéris, quâ nefárium hunc & crudélem ini-

Digitized by Google

micum fórtiter ággredi & efficáciter ejícere valeám : Per te, Jesu Chriſte, Dómine Deus noſter, qui ventúrus es judicáre vivos & mórtuos, & séculum per ignem. ℟. Amen.

Poſteà, operto capite, & extensâ manu dextrâ, dicit:

ADJURO ergò te, íterùm atque íterùm adjúro, immunde ſpíritus, maledícte ſátana, in nómine Jesu Chriſti ✠ Nazaréni, qui poſt lavácrum Jordánis in deſertum ductus eſt, tuarumque ſuggeſtiónum tentamenta glorióſè ſuperávit ; ut quem de limo terræ ad glóriam nóminis ſui formávit, tu déſinas impugnáre, & in hómine quem crudéliter ópprimis, non ad humánam fragilitátem, ſed ad imáginem omnipotentis Dei contremíſcas. Cede igitur Deo dominátori ſuprémo, qui te, humiliáto fámulo ſuo Job, in ſervitútem redégit. Cede Deo, qui te per fidelíſſimum ſervum ſuum David, de Rege Saúle ſpirituálibus cánticis depulſum fugávit. Cede Deo, qui te per Danielem fámulum ſuum pérdidit, & dracónem deſtruxit. Cede Deo, qui te in Juda Iſcaríote proditóre damnávit. Ille enim te divínis verbéribus angit, cujus in conſpectu cum tuis legiónibus clamans & tremens dixiſti : Quid nobis & tibi, fili David ? veniſti ante tempus torquére nos? Ille te perpétuis flammis úrgeat, qui in fine témporum dictúrus eſt ímpiis : Ite, maledícti, in ignem æternum, qui præparátus eſt diábolo & ángelis ejus. Tibi enim, ímpie, & ángelis tuis vermis erit, qui nunquam moriétur ; tibi & ángelis tuis inextinguíbile præparátur incéndium ; quia tu es princeps auctorque ómnium ſcélerum, tu ártium peſſimárum magiſter, tu hæreticórum doctor, tu tótius impuritátis inventor. Exi ergò, ímpie, exi ſceleráte, exi cum omni nequítia tua ; quia Deus hóminem templum ſuum eſſe vóluit, non ſpelúncam dæmoniórum. Recéde : quid reluctáris ? quid ámpliùs moráris ? Da honórem Deo Patri omnipotenti, cui omne genu fléctitur : da locum Dómino noſtro Jesu Chriſto, qui pro hómine Sánguinem ſuum ſacratíſſimum fudit : da locum Spirítui ſancto, qui per beátum Apóſtolum ſuum Petrum, te manifeſtè ſtravit in Simóne mago ; qui falláciam tuam in Anánia & Saphíra condemnávit ; qui te in Heróde Rege honórem Deo non dante percuſſit ; qui te in Barjéſu mago per Apóſto-

Digitized by Google

lum ſuum Paulum cæcitátis caligine pérdidit, & per eumdem, verbo imperans, de Pythoniſſa exíre præcépit. Diſcéde ergò nunc, diſcéde, ſeductor: tibi ſedes erémus, tibi habitátio ſerpens eſt. Humiliáre & proſtérnere; nulla jam tibi mora tuta eſt. Ecce appropinquat ſupérbiæ tuæ vindex Dóminus, & ignis ardébit ante ipſum, præcédet & inflammábit in circúitu inimícos ejus. Si enim hóminem feſélleris, Deum non póteris irridére. Ille te éjicit, cujus óculis nihil occultum eſt: ille te expellit, cujus virtúti univerſa ſubjecta ſunt; ille te verbi ſui gládio profligátum urget ac propulſat, qui tibi & ángelis tuis æternam præparávit gehennam, cujus de ore exíbit gládius bis acútus, pertináciæ tuæ excídium parans horrendumque extermínium; Qui ventúrus eſt judicáre vivos & mórtuos, & ſéculum per ignem. ℟. Amen.

Recitari etiam poſſunt Pſalmi ſequentes:

69. Deus in adjutórium.
10. In Dómino confído.
51. Quid gloriáris in malítia.

Poſtremò recitari poſſunt Litaniæ ſancti Nominis JESU, *Beatæ Mariæ Virginis, & omnium Sanctorum, cum Precibus & Orationibus ſubſequentibus.*

DE

DE ECCLESIARUM VISITATIONE

PER DIŒCESANUM ANTISTITEM.

AD RECTUM Eccleſiaſtici regiminis ordinem permagni intereſt, ut de Præſulis Diœceſani, & eorum quibus ſuam auctoritatem committit, Viſitatione, altum quiddam ſentiendum populis ſuggeratur. Quod quidem obtineri facilè poterit, ſi, monentibus Paſtoribus, eam numerent inter miniſterii Epiſcopalis functiones plurimum gregi ſolatium pluriamque utilitatem afferentes; ſi intelligant Epiſcopum in nomine CHRISTI JESU, quem vivâ quadam imagine exprimit, venire, ut ipſius Dei & Domini noſtri benedictionem ſuper eos largiſſimam effundat; eumque varias gregis partes viſitantem, eſſe à Chriſto miſſum, ſicut ipſe Chriſtus à Patre miſſus fuit (*a*): quâ quidem velut ſerie & quodam ſupplemento divinæ legationis, perficiatur Eccleſiæ ſanctificatio.

Et certè divini Salvatoris in mundum adventus Evangelico ſermone cujuſdam inſtar viſitationis exhibetur, quam ad redimendum genus humanum ſuſcepit (*b*): ad quod ineffabilis miſericordiæ opus tres præſertim mortalis vitæ ſuæ extremos annos inſumpſit, Judææ civitates & vicos perluſtrans, docens in ſynagogis, prædicans Evangelium regni Dei, in tenebris ſedentes illuminans, peccatores ab iniquitate ad juſtitiam reducens, ac demùm ubique gratiam & veritatem apertâ luce manifeſtam impertiens.

Summus autem ille animarum noſtrarum Paſtor & Epiſcopus (*c*), cùm ſuæ viſitationis curſum in exigua orbis regione exorſus eſſet, eam jugi tenore per univerſum mundum poſt ſe perpetuam fieri voluit. Atque hoc impoſitum ſibi munus fideliter executi ſunt Apoſtoli, eorumque primi diſcipuli. Ut orbem, idolis (quæ dæmonia erant) ſervientem, à tenebris ad lucem converterent, immenſa itinera ſuſceperunt, immenſoſque labores exantlaverunt. Nec ſatis habebant quòd fidei fundamentum variis in regionibus poſuiſſent, ibique Eccleſias conſtituiſſent: ſed inſuper Neophytos ſæpè viſitabant, quos ſuâ præſentiâ conſolarentur, & in quibus illud opus eximium quod eorum miniſterio cœperat Spiritus ſanctus, confirmarent, atque amplificarent. *Revertentes* (*dixit ad Barnabam Paulus*), *viſitemus fratres per univerſas civitates, in quibus prædicavimus ver-*

(*a*) Joan. 20. 21. (*b*) Luc. 1. 68. 78. & c. 7. v. 16. & cap. 19. v. 44.
(*c*) 1. Petr. 2. 25.

bum Domini, quomodò ſe habeant.... Perambulabat autem Syriam & Ciliciam, confirmans Eccleſias, præcipiens cuſtodire præcepta Apoſtolorum & ſeniorum (*d*). Cùmque illud tanti momenti negotium per ſe ipſi ſemper exequi non poſſent, viros Apoſtolico ſpiritu ferventes pro ſe mittebant, à quibus in fide ſolidarentur Neophyti, ſpiritualibuſque Eccleſiarum naſcentium utilitatibus provideretur.

HISCE tam verendis exemplis incitati, & divinâ illâ quam à Chriſto Paſtorum Principe acceperunt, legatione freti, eodem etiamnùm modo ſtudent Epiſcopi gregem ſuum cognoſcere, illique ex omnibus ad miniſterium ſuum pertinentibus, pro temporum locorumque ratione, opitulari. Id videlicet in hujuſmodi Viſitationibus intendunt, ut baptizatos confirment Chriſmate & Spiritu ſancto, ut integram atque intemeratam fidem cuſtodiant, ut prorumpentia in Religionis dedecus ſcandala compeſcant, ut corruptos populi mores ad Evangelii normam revocent; ut Eccleſiaſticæ Diſciplinæ obſervantiam promoveant, vel, ſicubi labefactata ſit, reſtituant; ut ea quæ deſunt, corrigant (*e*); ut Paſtorum cæterorumque Sacerdotum laborem, zelum, charitatem & pietatem accendant, ſemperque ad meliora provocent; ut diſſenſiones compeſcant, liteſque amicâ tranſactione componant.

NOSTROS igitur in Chriſto Jeſu dilectiſſimos fratres & cooperatores obteſtamur, ut, pro ſua in Eccleſiam matrem pietate, noſtrarum (vel earum quæ noſtrâ auctoritate fiunt) Viſitationum fructum, quantùm in ſe fuerit, aſſerant. Plenâ atque abſolutiſſimâ fiduciâ intimos animi ſenſus Nobis aperiant, & quod, Deo ſuggerente, ad Dei Regnum in ſuis Parochiis conſtituendum atque amplificandum cogitant, manifeſtent: nec taceant quid difficultatis, quid impedimenti in ſancto illo propoſito adverſum habeant; quid moleſtiæ, quid contradictionis experiantur: nullum verò alium hæc requirendi ſcopum Nobis eſſe pro certo teneant, niſi ut piis cujuſque inſtitutis & votis faveamus, ut, quodcumque in Chriſto cœperint opus bonum, noſtro firmemus auxilio, ut ipſos tueamur & conſolemur, utque, ſi perſecutionem (quod abſit) à quoquam patiantur, eos in poſterum tutos & quietos boni æmulatores, Deo juvante, eſſe provideamus.

His ſenſibus, ut decet, imbuti, ſuos populos ad noſtram Viſitationem præparare non omittant Paſtores. Mandatum quo ipſa nuntiabitur, cùm primùm illud acceperint, inter Miſſæ Parochialis ſolemnia legant; Fideleſque ſibi in Chriſto ſubjectos jubeant in Eccleſiam, adventante Epiſcopo ſuo, convenire; illoſque inſuper edoceant quantam ei, utique pro Chriſto legatione fungenti, reverentiam exhibere, quàm docili mente ipſum audire, cunctaque ab eodem præſcripta exequi debeant.

Qui Confirmationis Sacramento nondùm in perfectos Chriſtianos ado-

(*d*) Act. 15. 36, 41. (*e*) Tit. 1. 5.

Digitized by Google

leverint, eos ad illud (& ante primam Communionem, quantùm fieri poterit) ſuſcipiendum diſponent Parochi.

PASTOR viſitandæ Parochiæ, incolas ſuos hortabitur ut Viſitationis diem, tanquam inſignem ſolemnitatem, quæ benedictionibus fœcunda ſibi eſſe debeat, omni pietatis opere ſanctificent; ideòque, illo die, ad Pœnitentiæ & Euchariſtiæ Sacramenta ritè præparati accedant.

Fabricæ, Confraternitatum, paupertatiſque & infirmitatis Hoſpitiorum Quæſtores (1) admonebit, ut Viſitationis die, accepti & expenſi rationes edant, vel jam editas exhibeant; ut Titulos, Inſtrumenta, Statuta, Actorum Codices quos penès ſe habent, præſertim ſi prima ſit noſtra Viſitatio, præparent, convenientique ordine diſponant.

Sacerdotes pariter, cæteroſque viros Eccleſiaſticos in Parochia manentes admonebit ut, adventante Præſule ſuo, adſint Superpelliceo induti; ipſique, ſi poſtulet, exhibenda præparent ſua Ordinum atque Approbationum Diplomata; Beneficiorum, ſi qua in Diœceſi obtineant, Proviſiones; cum licentia in hanc Diœceſim commigrandi (2), ſi ex aliena Diœceſi advenerint.

Quòd ſi Parochiam tunc primùm viſitet Pontifex, in promptu habebit Eccleſiæ Rector ſuas Tonſuræ & Ordinum Litteras, ſui Beneficii Proviſiones, adeptæque poſſeſſionis inſtrumentum; ut Præſulis inſpectioni hæc omnia, ſi requirat, ſubjiciantur. Ipſi quoque declarabit an & quantam penſionem annuam debeat ſuum Beneficium; quis ſit ejus reditus, quæ onera; qui Parochiæ fines; an alia Beneficia penſiones-ve poſſideat.

Scholæ Magiſter & Magiſtra pueros & puellas de Catechiſmo interrogandos ad Viſitationem adducent.

Aderit etiam Obſtetrix, ut, quomodò Baptiſmum in neceſſitate adminiſtret, ſciſcitanti Pontifici reſpondeat.

Baptiſmalium, Matrimonialium & funereorum Actorum Codices, cum Obituum & Eccleſiæ Fundationum Tabula, Parochus Antiſtiti recognoſcenda præparabit.

Memorialem deſcribet indicem, convenienti ordine digeſtum, quo deſignetur quis ſit Parochiæ ſtatus; quid de Vicario cæteriſque Clericis in loco degentibus, quid de Stationis præcedentis Concionatore (ſi quis extiterit), quid de Scholæ Magiſtri & Magiſtræ, quid de Obſtetricis moribus & religione ſentiat; quot ſint in Parochia ſactæ Synaxi communicantes; an Dominici & Feſti dies ritè pièque obſerventur; an Sacramenta frequententur; an ad Catecheſium & Scholarum Inſtitutiones aſſiduè à parentibus mittantur pueri & puellæ; an quidam intrà Parochiæ fines habitent Pſeudoreformati. Nec eos tacebit qui cum publica offenſione peccare ſolent: quales ſunt ebrioſi, fœneratores, adulteri aut concubini publici; conjuges nulla cujuſquam auctoritate feorſim viventes; qui inter ſe inimicitias exercent; qui, cum ſcandalo, ſe mutuò frequentant, vel in eadem domo habitant; qui Paſchali officio ſatisfacere non curant. Nec ſilebit caupones, qui, contra Eccleſiæ & Imperii Conſtituta, po-

(1) Les Receveurs de la Fabrique, des Confréries & des Hôpitaux.

(2) Lettres d'*Exeat*.

Digitized by Google

tum incolis divini Officii tempore ſubminiſtrant; qui chorearum cœtus domi celebrant. Ea denique omnia prudenter atque illæſo Confeſſionis ſigillo, aperiet Eccleſiæ Rector, de quibus Pontificem certiorem fieri neceſſe fuerit, ut plenam aſſequatur viſitandæ Parochiæ notitiam, vitiiſque & pravæ cujuſlibet conſuetudinis corruptelis efficaciter mederi poſſit. Quin etiam de his omnibus, ſi ſic expedire judicaverit, aliquot ante Viſitationem diebus, prævia Epiſtolâ, vel colloquio, Antiſtitem admonebit.

(1) Leurs authentiques.

PRIDIE Viſitationis, Eccleſiam everri, mundari, ipſamque & Altaria majorum Solemnitatum ritu adornari curabit. Ad veſperam, & poſtridiè manè pulſabuntur omnes Campanæ: quod idem obſervabitur, cum Parochiæ territorium ingredietur Pontifex, & cùm recedet. Præparabitur Umbella (*), ſive in Loci finibus, ſi prima ſit Viſitatio, ſive in Domo Presbyterali, ſi ſecunda vel ulterior ſit, cum tapete & pulvinari: &, monente Parocho, ad horam præſtò erunt, Umbellam geſtaturi, qui ſolent eam geſtare.

(*) Un Dais.

IPSO manè Viſitationis, jubente Paſtore, in Veſtiario, aliove Eccleſiæ loco, ſuper menſam ad hoc paratam exponentur Ornamenta, Lintea, Libri, Cruces, cæteraque Eccleſiæ ſupellex; ut ea facilè viſitare & recenſere poſſit Pontifex, vel pro ipſo Vicarius-generalis. Fontes-Baptiſmales, ſancti Chriſmatis ſanctorumque Oleorum Vaſcula, Caliceſque, & ſi qua in Veſtiario vacua ſerventur, Tabernaculi Vaſa diſponet. Si in Eccleſia ſint Reliquiæ, eas ad Viſitationem præparabit, ipſarumque recognitionis inſtrumenta (1) exhibebit.

SUPER Altare præparabitur in cornu Epiſtolæ & in conſueto pluteo Miſſale apertum ad Orationem de Patrono Eccleſiæ: in Sanctuario, atque etiam in cornu Epiſtolæ, menſa, vel Credentia linteo mundo ſuperveſtita, cui imponetur pelvis, cum panis medulla, aqualis, mantilia, Burſa Corporali inſtructa, cum clave Tabernaculi: eodem in loco parabitur Faldiſtorium, ſuſpenſâ deſuper Umbellâ, cum ſedilibus, quibus utantur Præſulis Aſſiſtentes.

Digitized by Google

ORDO VISITATIONIS

Eccleſiarum per Diœceſanum Antiſtitem.

OMNIBUS prædicto modo diſpoſitis, Parochus de proximo DD. Archiepiſcopi adventu certior factus, in Veſtiario induitur Superpelliceo cum Stola & Pluviali. Tum, Crucem Altaris inter manus ferens, præeunte Clero, Superpelliceis, &, ſi fieri poſſit, Pluvialibus ornato, Crucigero inter duos Acolythos medio, Thuriferario, Exorciſtâ Vas Aquæ-benedictæ gerente, nec-non ſacri Vexilli (1) *geſtatore, eò procedit, quousque, pro ratione locorum, Præſuli nondùm excepto ſolet obviàm procedi: ſcilicet, in civitatibus & oppidis, ad ipſorum portam, aut ſaltem ad extremos Parochiæ viſitandæ limites; in Parochiis autem ruralibus, ad limen Domûs Presbyteralis.*

(1) De la Banniere.

[*In ſecunda Viſitatione & ſequentibus, Pontifici ad januam Ædium Presbyteralium obviàm exeunt in ordine Proceſſionis Parochus & Clerus ſuprà dicto modo ornati.*]

Pontifex ſive in prima Viſitatione, ſive in cæteris, Rocheto induitur cum Stola & Pluviali albi coloris, niſi malit Rocheto Epomidem (2) *cum Stola ſuperinduere; Mitramque pretioſam accipit, & Pontificalia Digitalia* (3). *Ad Præſulem ſic ornatum accedit Parochus. Intonatur de 6 in F. Canticum* Benedictus Dominus Deus Iſraël: *quod quidem per totam viam uſque ad Eccleſiæ oſtium alternis canitur, & (ſi non ſufficiat) vel ex toto, vel ex parte, pro itineris longitudine, repetitur. Eodem quo venerat ordine ad Eccleſiam revertitur Proceſſio: ſub Umbellâ incedit Pontifex infulatus, præcedentibus Crucis Archiepiſcopalis & Paſtoralis Baculi geſtatoribus, Pontificiſque Comitatu Eccleſiaſtico Superpelliceis induto.*

(2) Le Camail.
(3) Les Gants. de cérémonie.

Ubi ad Eccleſiam pervenit Proceſſio, ab utraque Navis parte ſtat Clerus, duplici ordine, & adversâ facie. Parochus, detecto capite, ad ipſum Eccleſiæ limen conſiſtit, medius inter duos Clericos Thuribulum & Vas Aquæ-benedictæ gerentes:

Digitized by Google

Præsuli, sine Mitra super tapetem & pulvinar substratum genuflexo, Crucem ad osculum porrigit, nullâ factâ capitis inclinatione. Tum surgit Pontifex, & Mitram resumit. Parochus, uni è suis Assistentibus traditâ, quam gerit, Altaris Cruce, stans detecto capite, Aspergillum de manu Exorcistæ accipit, Antistiti se profundè inclinat, extremam Aspergilli partem osculatur, illudque ipsi porrigit, & simul ejus dextram osculatur, eique se rursùs profundè inclinat. Præsul Aquambenedictam digito accipit, seque in salutiferæ Crucis modum consignat: Parochum deindè, Clerumque & Laïcos propiùs astantes aspergit. Parochus Aspergillum, eodem ritu quo ipsum obtulerat, de Antistitis manu recipit, statimque Exorcistæ reddit. Tunc, acceptâ de manu Thuriferarii naviculâ, cochlear supradicto Aspergilli offerendi ritu porrigit DD. Archiepiscopo, dicens: Benedic, Pater Reverendissime. *Incensum benedicit Pontifex, imponitque Thuribulo, quod apertum tenet Acolythus Thuriferarius. Continuò Parochus Thuribulum accipit, trinoque ductu Antistitem incensat, illi, antè, & post, profundè inclinans: quo facto, Altaris Crucem resumit. Interim accenduntur Cerei Altaris-majoris.*

His peractis, incedit Processio in Chorum, cantando





orum. *T. P.* Alle-lu-ia. *Ezech.* 34.

Chorum ingreſsâ Proceſſione, ipſius Crucem juxta Altare in cornu Epiſtolæ deponit Cruciger, & Acolythi Candelabra ſuper Credentiam: Clerus utrimque in Choro conſiſtit; Parochus verò Sanctuarium ingreditur, & Crucem Altaris in ſuo loco deponit.

Finito Reſponſorio, exinſulatus Præſul genua ſubmittit in infimum Altaris gradum. Omneſque ſimiliter genua flectunt: & ſtatim Parochus in cornu Epiſtolæ, ſtans detecto capite, & verſâ facie ad cornu Evangelii, paulùm tamen converſus ad Præſulem orantem, cantat ea quæ ſequuntur:

℣. Protector noſter, áſpice, Deus;
℟. Et réſpice in fáciem chriſti tui. *Pſ.* 83.
℣. Salvum fac ſervum tuum,
℟. Deus meus, ſperantem in te. *Pſ.* 85.
℣. Mitte ei auxílium de ſancto;
℟. Et de Sion tuére eum. *Pſ.* 19.
℣. Nihil proficiat inimícus in eo;
℟. Et filius iniquitátis non appónat nocére ei. *Pſ.* 88.
℣. Dómine, exáudi.
℣. Dóminus vobiſcum.

OREMUS.

DEus, ómnium Fidélium paſtor & rector, fámulum tuum *N.* Pontíficem noſtrum, quem Eccléſiæ tuæ præeſſe voluiſti, propítius réſpice: da ei, quæſumus, verbo & exemplo quibus præeſt proficere; ut ad vitam, unà cum grege ſibi crédito, pervéniat ſempiternam; Per Chriſtum, &c.

Digitized by Google

DEus, humílium visitátor, qui eos paternâ dilectióne consoláris; hanc nostræ societáti grátiam concéde, ut, per eum quem in nómine dilecti Fílii tui venientem suscípimus, tuum in nobis sentiámus adventum.

Deindè cantatur Antiphona de Patrono vel Patrona Ecclesiæ. Interim ad Altare ascendit Pontifex, illud in medio osculatur, & ad cornu Epistolæ cantat in Missali Orationem de Patrono. His dictis, regressus ad medium Altare, astantibus solemniter benedicit.

Tum ab Altari descendit Præsul, & Mitram pretiosam resumit. Intonatur Psalmus Laudate, pueri, Dominum, *de 1 in* A. *Dum cantatur, DD. Archiepiscopus ordine Processionis deducitur ad Fontes Baptismales. Ubi ad ipsos accessit, oblatum à Parocho navicula cochlear accipit, & in Thuribulum à Thuriferario admotum mittit incensum, cum Benedictione solita: deindè exinsulatus, Thuribulum sumit, & trino ductu Fontem sacrum incensat. Thuribulo deposito, Baptisterium inspicit, & Parochum interrogat de tempore quo renovata est Aqua Baptismalis.*

Continuò Præsulis caput Infulâ cingitur argenteâ, & ipsius collo Stola nigra imponitur: Parochus autem & Clerus induuntur nigris Pluvialibus. His peractis, itur ad Cœmeterium, cantando ℟. Libera me, Domine. *Interim Pastoralis Baculi gestator in Ecclesia remanet. Ubi in Cœmeterium pervenit Processio, juxta Cœmeterii Crucem sistit se Cruciger; Clerus utrimque ad Crucem consistit; Pontifex in medio stat superior, Parochum ad dexteram habens, post se verò Aquæbenedictæ gestatorem ac Thuriferarium. Finito Responsorio, exinsulatur Pontifex. Cantatur* Kyrie, eleison: Christe, eleison; Kyrie, eleison: *& dum secretò dicitur* Pater noster, *Præsul, accepto Thuribulo, Cœmeterii Crucem ter incensat; posteà cantat:*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem;

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Ne

℣. Ne trádas béstiis ánimas confitentes tibi ;

℟. Et ánimas páuperum tuórum ne obliviscáris in finem. *Ps.* 73.

℣. Réquiem ætérnam dona eis, Dómine ;

℟. Et lux perpétua lúceat eis.

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam ;

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum ;

℟. Et cum spíritu tuo.

Oremus.

Deus, qui inter Apostólicos Sacerdótes, fámulos tuos Pontificáli seu Sacerdotáli fecísti dignitáte vigére ; præsta, quæsumus, ut eórum quoque perpétuo aggregentur consórtio.

Deus véniæ largítor, & humánæ salútis amátor, quæsumus cleméntiam tuam, ut nostræ congregatiónis fratres, propinquos, & benefactóres, qui ex hoc sæculo transiérunt, Beátâ Maríâ semper Vírgine intercedente cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis consórtium pervenire concédas.

Deus, cujus miseratióne ánimæ Fidélium requiescunt : famulis & famulábus tuis hìc & ubíque in Christo quiescéntibus, da propítius véniam peccatórum ; ut à cunctis reátibus absolúti, tecum sine fine lætentur : Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Tum Antistes, sumpto de Parochi manibus Aspergillo, ad quatuor Cœmeterii partes Aquam-benedictam inspergit, dicens

℣. Réquiem æternam dona eis, Dómine;
℟. Et lux perpétua lúceat eis.

Reddito Aſpergillo, ad quatuor Cœmeterii partes ſignum Crucis manu exprimit, dicens:

℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

His dictis, Mitram argenteam reſumit; & ad Eccleſiam revertitur Proceſſio, alternis cantans Pſalmum De profundis. *Quandò Pontifex devenit in Navim ante ſacram* JESU *crucifixi effigiem, exinſulatur, & canat:*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem;
℟. Sed líbera nos à malo.
℣. A porta ínferi
℟. Erue, Dómine, ánimas eórum.
℣. Dómine, exáudi.
℣. Dóminus vobiſcum.

ORE MUS.

ABSOLVE, quæſumus, Dómine, ánimas famulórum famularumque tuárum ab omni vínculo delictórum; ut in reſurrectiónis glória inter ſanctos & electos tuos reſuſcitáti reſpírent; Per eum qui ventúrus eſt judicáre vivos & mórtuos, & ſéculum per ignem. ℟. Amen.

Poſteà, ſumpto de Parochi manibus Aſpergillo, Navis pavimentum Aquâ benedictâ reſpergit, in medio, ad dextram & ad lævam, dicens:

℣. Réquiem æternam dona eis, Dómine;
℟. Et lux perpétua lúceat eis.

Deindè Crucis ſignum manu exprimit, in medio, ad dextram & ad lævam, dicens:

℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

Digitized by Google

Ita finitis Precibus pro mortuis, DD. Archiepiscopus Stolam nigram deponit, rubramque induit; & Mitrâ pretiosâ infulatur.

(*Si Processionem in Cœmeterium exire non fineret aëris intemperies, vel si nimio intervallo distaret Cœmeterium; Ecclesiam, præeunte Clero, circuiret Pontifex, & in Navi ante sacram Jesu de Cruce pendentis effigiem canerentur superiùs indictæ Preces.*)

Tunc, si antemeridianis horis visitetur Ecclesia, sacro-sanctum Missæ Sacrificium ab Antistite, vel ab uno è Presbyteris ejusdem comitibus celebratur; & post Missam visitatur SS. Eucharistia: priùs autem quàm visitetur, si qui adsint communicandi, his Corpus Christi ministrat Pontifex, etiamsi Missam non celebraverit. Ministratâ Communione, sacrum Ciborium super Corporale deponit, ad infimum Altaris gradum descendit, flexisque genibus, augustissimum Sacramentum incensat; & subindè intonat Strophen O salutaris Hostia, *quam prosequitur Clerus, cum Doxologia, cui similiter præcinit DD. Archiepiscopus. Finitâ Doxologiâ, unus è Clero cantat:*

℣. Panem de cœlo præstitisti eis, Dómine,
℟. Omne delectamentum in se habentem. *Sap.* 16.

Surgit Præsul, & cantat:

Oremus.

DEus, qui nobis, sub Sacramento mirábili, Passiónis tuæ memóriam reliquísti; tríbue, quæsumus, ita nos Córporis & Sánguinis tui sacra mystéria venerári, ut redemptiónis tuæ fructum in nobis júgiter sentiámus; Qui vivis & regnas Deus. ℟. Amen.

Quâ quidem Oratione cantatâ, genua flectit, SS. Sacramento sese inclinat, surgit, ascendit ad Altare, & sacri Ciborii Benedictionem astantibus impertitur, canens Episcopali more: Sit nomen Domini, *&c.* Adjutorium nostrum, *&c.* Benedicat vos, *&c. Posteà, incensato SS. Sacramento, Cibo-*

Digitized by Google

rium, Custodiam, *aut aliquam, si qua sit, sacram Pyxidem, Ostensorium cum lunula, sanctissimaque Eucharistiæ species in iis Vasis reconditas, ipsumque Tabernaculum intùs & foris visitat: reconditis in Tabernaculo Vasis sacris, genuflectit, & Tabernaculum claudit, cujus clavem accipit Parochus. Si quid autem circa hæc censeat observandum, de eo Pastorem admonet: & quod in Visitationis Acta referendum est, id, opportuno tempore, in ea refertur.*

His exactis, Confirmationis Sacramentum, prævia Confirmandorum, juniorum præsertim, interrogatione, brevique ad ipsos Exhortatione, administrat Pontifex; ordinemque in primo hujus Pastoralis Volumine (ubi de Confirmatione) indictum observari curat Ecclesiæ Rector, & vicini Collegæ, si qui advenerint cum Parochianis confirmandis.

Post ultimam manuum impositionem, manus abluit Antistes aquâ & medullâ panis, & mantili abstergit: aqua verò lotionis cum panis medulla in Sacrarium *aut Piscinam quæ* Sacrarii *loco sit, effunditur.*

Administrato Confirmationis Sacramento, in Concionum Cathedram ascendit, vel ad Faldistorium paratum accedit, Parocho usque ad Cathedram vel usque ad Faldistorium comitante, ut Præsuli ad interrogata respondeat. In Cathedra sedens, aut in Faldistorio, suæ Visitationis causas, propositumque finem astantibus exponit; sermonemque, pro re & loco, ad populum habet. Posteà Scholæ Magistrum & Magistram, discipulosque ac discipulas de precibus & doctrina, si visum sibi fuerit, interrogat; tum etiam, quomodò suis officiis fungi debeant, Magistrum & Magistram; si necesse videatur, admonet. Obstetricem, quomodò Baptismum in necessitate administret, percontatur. Accepti & expensi rationes à Matriculariis, seu Fabricæ Administratoribus, dum eduntur, accipit, vel priùs editas recognoscit, nisi hoc in domo Presbyterali, aliove commodiore loco peragere malit, aut alicui peragenda committere: quod similiter observat erga pias Confraternitates, pauperum vel infirmorum Hospitia, aut quaslibet publicæ charitatis Domos. Inspicit demùm & scisitatur an requisito & legitimo in statu sint quæcumque ad Ecclesiam, sive in spiritualibus, sive

Digitized by Google

in temporalibus pertinent ; Paſtoris incolarumque efflagitationes & querimonias audit, omniaque, prout ſuadet prudentia, componit : ac denique id omne quod docendum, admonendumve ſtatuendum è re nata judicat, docet, admonet, vel ſtatuit.

CUM primùm liberi ſunt Vicarii-Generales, (ſi impeditus ſit DD. Archiepiſcopus, & hanc ipſis curam commiſerit) Eccleſiam intrinſecùs & extrinſecùs, nullâ adhibitâ cæremoniâ, circumeunt ac viſitant ; murorum ſtructuram & colorem inſpiciunt, Naviſque & Chori ornatum, Sacella, Altaria, Baptiſterium, Olea ſancta.

Circa Altaria, inſpiciunt an ſint convenienter ornata, & tribus inſtructa mappis nitidis, vel duabus, quarum una ſit in duplum replicata ; an ſint lapidea, aut ſaltem lapide conſecrato & integro inſtructa.

Circa Baptiſterium, inſpiciunt an ſit decenter fabrefactum & ornatum, mundum, & apprimè clauſum ; an Fontem habeat ſeu labrum ex materia ſolida, & aquam ita continens, ut nullâ ex parte ſtillet aut diffluat, impoſito operculo contectum, ſerâ & clave munitum : an Vas ad ſacramentalem Aquæ-Baptiſmalis infuſionem aſſumi ſolitum, conveniens ſit ac nitidum.

Circa Olea ſancta, inſpiciunt an Chriſma & Oleum Catechumenorum ſint in Vaſculis argenteis, aut ſaltem ſtanneis, mundis & nitidis, benè obturatis, & inter ſe diſtinctis, cum propria cujuſque inſcriptione ; an ſint in loco mundo, intrà vel prope Baptiſterium, & ſub clave diligenter cuſtodita : an Vas Olei Infirmorum ſit pariter ex materia convenienti, benè obturatum, & ritè inſcriptum ; an locus in quo aſſervatur, ſit nitidus, decenter ornatus, ac firmiter clauſus : inquirunt autem an tria hæc ſacra Olea fuerint eodem anno renovata.

Inſpiciunt, ſive pictas, ſive ſculptas Sanctorum Effigies, Confeſſionum ſedes ; ſcamna & ſedilia ; Concionum Cathedram.

Veſtiarium ingrediuntur, ibique viſitant Calices, cæteraque Altaris Vaſa vacua ; Cruces, Candelabra, aliamque hujuſmodi ſacram ſupellectilem ; Reliquias Sanctorum, earumque authentica ; Ornamenta, Lintea ſacra, Armaria, Miſſalia, cæteroſque Libros ; Parochialium Actorum Codices pro Baptiſmis, Matrimoniis & Sepulturis ; Eccleſiæ Titulos ac Ta-

Digitized by Google

bulas, Fundationum Indicem, præcedentiumque Visitationum præscripta: & quæcumque observanda censuerint, ad Pontificem referunt; eorumque instrumentum, perscriptis Actis, ab Archiepiscopatûs Secretario conficitur.

His omnibus peractis, Clerus sua resumit ornamenta, si qua, adveniente DD. Archiepiscopo, sumpserit. Ad imum Altaris gradum accedit Præsul; statimque exinfulatus intonat Canticum Te Deum laudamus, *quod alternis prosequitur Clerus: &, dicto* Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth, *ad Presbyteralium Ædium januam ordine Processionis infulatus & sub Umbella reducitur Pontifex. Cùm ad ostium Domûs Presbyteralis accesserit, signum Crucis super populum genuflexum ter manu exprimit, nihil dicens: & omnes recedunt.*

¶ *QUOD si horis pomeridianis visitetur Ecclesia; finitis Precibus pro Mortuis, Stolam nigram deponit Pontifex, & rubram induit; accedit ad Altare; Confirmationis administrandæ ritum exequitur, Mitrâ argenteâ infulatus: post Confirmationis administrationem, in Concionum Cathedram ascendit. Absolutâ Concione, ad Altare procedit, ubi ad infimum gradum genua flectit. Parochus Stolâ ornatus, Corporale super medium Altare extendit, Tabernaculum aperit, eductumque sacrum Ciborium super Corporale deponit. DD. Archiepiscopus SS. Sacramentum incensat, intonat Strophen* Tantum ergò Sacramentum, *eâque à Choro decantatâ, Doxologiam: post Versiculum & Orationem, sacri Ciborii Benedictionem impertitur; deindè sanctissimæ Eucharistiæ, sacrorum Vasorum, & ipsius Tabernaculi visitationem peragit, ut suprà dictum est. Eâ Visitatione peractâ, descendit ad infimum Altaris gradum; intonat Canticum* Te Deum laudamus; *& ordine superiùs expositio reducitur ad januam Ædium Presbyteralium.*

Cùm Parochiâ excedit Pontifex, non jam eo tempore in illam rediturus, pulsantur omnes Campanæ, quemadmodùm, ipso adveniente, observatum est.

Digitized by Google

ORDO VISITATIONIS

Ecclesiarum, per Archidiaconos, in suo quemque Archidiaconatu, singulis annis exequendæ.

1. *D. Archidiaconus Mandatum Rectori Ecclesiæ tempestivè mittit, diem & horam sui adventûs indicans; quod promulgatur à Rectore in Missa Parochialis Pronao.*

2. *Rector, Clerici Superpelliceis induti, & Matriculariі expectant in Ecclesia D. Archidiaconum: cujus ante adventum præparanda sunt, in Vestiario, Stola rubri coloris; propè Altare, aqua in vase, & pelvis cum manutergio; item thuribulum cum igne, & incensum in navicula; præterea, Corporale extensum super Altare; Missale ad cantandas Orationes in cornu Epistolæ; & claves suspensionis SS. Sacramenti, seu Tabernaculi, ac Fontium Baptismalium.*

3. *Cùm appropinquaverit D. Archidiaconus, pulsabitur pleno sonitu major campana: Rector, Clerici & Matriculariі, illi obviàm procedunt ad januam Ecclesiæ, eumdemque salutatum perducunt in Vestiarium; ubi statim atque induerit Superpelliceum, Rector offert illi Stolam rubri coloris: interim super Altare accenduntur Cerei. Accedit postea ad majus Altare, præcedente Thuriferario; fusâque, flexis genibus, ad Deum oratione, manus in cornu Epistolæ abluit & extergit.*

4. *Quo facto, recipit SS. Sacramentum in Ciborio ex Suspensione, vel ipsum educit è Tabernaculo, & reponit super Corporale in medio Altaris; tum aperit Ciborium, genuflectit, sacras Hostias visitat, eas aspiciens, imò & tangens, si necesse videatur: non claudit Ciborium, sed in cornu Epistolæ digitos abluit & extergit, si tetigerit SS. Sacramentum; posteà descendit super infimum gradum, ubi, posito thure in thuribulo, dicit:* Ab illo benedicáris ✠, in cujus honóre cremáberis, ℟. Amen: *tum flexis genibus, acceptoque thuribulo, ter incensat SS. Sacramentum, factis antè & pòst debitis inclinationibus; redditoque thuribulo, intonat Strophen* O salutaris Hostia, *sub*

Digitized by Google

cantu SS. Sacramenti, & Doxologiam Qui carne nos pascis, tuâ; *& omnes prosequuntur. Deindè stans ante medium Altaris, cantat:*

℣. Panem de cœlo præstitisti eis, Dómine,

℟. Omne delectamentum in se habentem. *Sap. 16.*

Et Orationem de SS. Sacramento, de S. Ecclesiæ Patrono, & sequentem, sub una brevi conclusione.

DEUS, humílium visitátor, qui eos paternâ dilectióne consóláris; hanc præsenti Fidélium societáti grátiam concéde, ut tuâ benedictióne super eos per nostrum ministérium effúsâ, tuum in semetipsis séntiant adventum. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

5. *Postèa, flexis genibus super infimum gradum, acceptoque thuribulo, ter incensat SS. Sacramentum, ut suprà. Continuò accipit & cooperit SS. Sacramentum, & cum eo ter benedicit Clerum & Populum. Datâ Benedictione, reponit SS. Sacramentum super Altare; tum genuflectit, & descendit super inferiorem gradum, ubi flexis genibus, acceptoque thuribulo, ter incensat SS. Sacramentum, cum debitis inclinationibus antè & pòst.*

Et statim elevatur in Suspensione, vel illud reponit in Tabernaculo, cum debitis genuflexionibus antè & pòst. Elevato SS. Sacramento, seu in Tabernaculo repósito, & clauso óstio, dicit Rectori quod obsérvaverit, & judicaverit esse dicendum de SS. Sacramento. Visitat postèa Oleum Infirmorum.

6. *Quo facto, D. Archidiaconus incedit ad Fontes Baptismales cum Rectore, Clericis & Matriculariis: & visitat Fontes, sacrum Chrisma, Oleum sanctum, Aquam benedictam: deindè statuit quod judicaverit esse statuendum.*

7. *Postèa accedit ad Scamnum Fabricæ, ubi sedet: legit Approbationes & Permissiones Vicarii & aliorum Presbyterorum aut Clericorum: audit querimonias omnium, tam Cleri quàm populi, quibus providet quàm potest optimè; & si querimoniæ sint alicujus momenti, ejus Secretarius eas in Acta refert cum testimoniis, priùs separatim & seorsim (si opus sit) auditis testibus. Deindè statuit & judicat id quod statuendum*

&

& judicandum censuerit. Si verò hujusmodi querimoniæ ac testimonia contentiosa sint, ea mittit ad D. Officialem.

8. *Examinat etiam ibidem Scholæ Magistrum & Magistram, atque etiam scholasticos & scholasticas, de precibus, de doctrina & de moribus. Interrogat etiam Obstetricem. Posteà audit ibidem, vel potiùs in Vestiario, vel sub Ecclesiæ porticu Rationes Fabricæ, Ecclesiæ reditus, accepti & expensi Tabulas.*

9. *Visitat Altaria, Sacella, Imagines sanctorum, Sedes Confessionales, Scamna, Vexillum, Cathedram Concionatoris, & omnes Libros ad cantandum & celebrandum divinum Officium, qui debent esse juxta usum Ecclesiæ Metropolitanæ & Diœcesis Parisiensis.*

10. *In Vestiario autem visitat Calices, omnia Ornamenta, Missalia, Librum Pastoralem seu Ritualem, Cruces, SS. Reliquias, & omnia hujusmodi, Parochiales Actorum Codices pro Baptismis, Matrimoniis & Sepulturis.*

11. *Redeundo autem, in Navi Ecclesiæ, vel in Cœmeterio, pro locorum opportunitate, D. Archidiaconus recitat mediocri voce Psalmum* De profundis *cum Versiculis*, Requiescant in pace. Dómine, exaudi, &c. Dóminus vobíscum. *Et tres Orationes sequentes, sub brevi conclusione:* Deus qui inter apostólicos. Deus véniæ largítor. & Fidélium. *cum* ℣. Requiescant in pace.

¶ *Quod si D. Archidiaconus Ecclesiam Parochialem primùm visitet, vel novus Rector eum visitantem primùm excipiat, omnia ut suprà in Visitatione ordinaria observantur, his exceptis:*

1. *D. Archidiaconus descendit in proximam domum propè Ecclesiam, ubi induit Superpelliceum, & Biretum accipit: tum accedit ad majorem Ecclesiæ portam.*

2. *Rector & alii Presbyteri aut Clerici Superpelliceis induti, cum Matricularíis, Cruce, Cereis accensis, & Vexillo, ibi eum recipiunt; factisque ei salutationibus, Rector offert illi Stolam rubri coloris, quam ejus collo imponit: offert etiam ipsi Aquam-benedictam, & subindè minorem Crucem osculandam.*

Poſteà Rector imponit Antiphonam :



Ant. Benedi-ctus.

Cantor incipit Canticum Zachariæ, de 6. in F.



Bene-dictus Dominus De-us Iſra-ël, * qui-a vi-ſi-ta-



vit & fecit redempti-onem plebis ſuæ. Et erexit, &c.



Ant. de 6. Benedi-ctus Do- minus De-us Iſ- ra-ël.



T. P. Alle-lu-ia.

3. *Interim omnes ordine Proceſſionis in Chorum incedunt; & D. Achidiaconus intrà cancellos Altaris factâ inclinatione, ſtat ante medium Altaris, dum abſolvitur Canticum. Mox duo Cantores intonant Antiph. de S. Eccleſiæ Patrono; poſteà D. Archid. cantat* ℣. *& Orat. de eodem S. Patrono, & Orat.* Deus humílium viſitátor, *ut ſuprà in ordinaria Viſitatione, ſub una brevi concluſione.*

4. *Deindè viſitat SS. Sacramentum, & Oleum Infirmorum, ut ſuprà in Viſitatione ordinaria notatur. Confeſtim eundo ad Fontes Baptiſmales, Rector imponit Antiphonam ſequentem.*



Sit nomen.

Unus Cantor intonat Pſalmum 112. *de* 7 *in* ç.



D. Archidiaconus visitat Fontes Baptismales, ut suprà in Visitatione ordinaria notatur.

Quo facto, proceditur ante majorem Crucifixi Domini Jesu effigiem; & in medio Navis duo Cantores intonant, ℟. Líbera, *&* Ps. 129. De profundis, *cujus in fine D. Archidiaconus cantat* ℣℣. Requiescant in pace. Dómine, exaudi oratiónem meam. Dóminus vobiscum. *& tres Orationes sequentes sub brevi conclusione:* Deus, qui inter Apostólicos. Deus véniæ largítor. *&* Fidélium *cum* ℣. Requiescant in pace.

Reliqua peraguntur ut suprà in Visitatione ordinaria notatur.

ORDO CELEBRANDÆ
SYNODI PARISIENSIS.

CONSTITUTA eſt Synodo dies Feria quinta poſt primam Dominicam Julii, ut præſcribitur capite nono Statutorum Synodalium anni 1673.

Eam Parochi inter Miſſarum ſolemnia notam facient præcedenti Dominicâ, quæ Dominicarum Julii prima ſemper erit; ſimulque populum hortabuntur, ut Deo pro re tanti momenti ſupplicent; quod etiam exequentur Concionatores.

Eccleſiæ Pariſienſis ambæ majores Campanæ, tum pridiè ſub veſperam, tum manè ipſo ad Proceſſionem & ad Miſſam pulſabuntur.

Scamna tapetibus operta, circum Altare, imò & toto in Choro, quàm multa locus capiet, apparabuntur.

Ornabitur quoque Sacellum & major Aula Palatii Archiepiſcopalis.

Providebitur, ut, pridiè veſperi, per omnes Urbis Eccleſias Campanæ pulſentur, ac perindè ut cujuſvis Eccleſiæ mos eſt in majorum Feſtorum Vigiliis, ita, vel ſimpliciter ſonent, vel numerosè ac modulatè.

Synodi ipſo die, in Eccleſia Pariſienſi, ad officium Primæ, horâ ſextâ ſignum dabitur; ſeptimâ verò, qui convocati erunt, in majorem Aulam Archiepiſcopalem convenient, omnes Superpelliceis induti; & Parochi cum rubra Stola, Canonici verò cum almutiis.

Horâ octavâ, Eccleſiæ Metropolitanæ Canonici DD. Archiepiſcopum adibunt, eumque comitabuntur uſque ad Sacellum Archiepiſcopale: Beneficiarii autem, Macicoti, Cantores, Puerique ſymphoniaci, Dominorum juſſu, poſt Officium, idem in Sacellum, cum Cruce, Aquâ-Benedictâ & ſanctorum Evangeliorum Codice, convenient.

Poſtquàm totus convenerit Clerus; requirente Promotore, edicetur, ſedendi & ingrediendi ordinem, quicumque hìc ſervetur, nemini poſthàc præjudicio futurum: & ſcripto conſignabitur.

His peractis, D. Cantor intonabit in Sacello ſuperiore Palatii *Benedicat nos.* p. xxxvj. Proceſſionalis Eccleſiæ Pariſienſis; & dicetur *Gloria Patri.*

Interim præcedet Puer, Exorciſtæ munus gerens, cum Vaſe Aquæbenedictæ in manu dextra, nudo capite.

Ab aliis duobus, nudo item capite, candelabra cum Cereis accenſis geſtabuntur.

Sequentur Canonici in Minoribus conſtituti.

Poſt illos Crucem geſtabit antiquior è Pueris, *Spex* dictus, nudo etiam capite, Pluviali rubro indutus.

Quem ſequetur Beneficiatus Diaconus, rubrâ indutus Dalmaticâ, Evangeliorum Codicem pulvinari ſu-

Digitized by Google

perimpoſitum, nudo capite, deferens.

Sequentur Vicarii rurales: tum urbici;

Rurales Parochi Decanatuum Campellenſis, Latiniacenſis, Corbolii-veteris, Montis-Letherici, Caſtro-fortiani, Calenſis, & Montis-Mauretaniaci.

Parochi Bannileucæ & Urbis, ſuo quiſque ordine:

Hi omnes Superpelliceis & Stolis rubris induti.

Canonici Eccleſiarum Collegiatarum, eo quo vocabuntur ordine:

Priores; Abbates:

Ac demùm Eccleſiæ Metropolitanæ Clerus:

Tum Cruciger Archiepiſcopalis, Pedifer, Pueri Ceroferarii duo, DD. Archiepiſcopus in Pontificalibus, alii ejus miniſtri, Vicarii-generales, Officialis, Viceſgerens Officialatûs, Promotor, Secretarius, & Subſtitutus, omnes Superpelliceis induti:

Denique Archipresbyteri ſanctæ Mariæ Magdalenes ad dexteram, S. Severini ad ſiniſtram, in Superpelliceo & almutia, ſine Stola.

Interim ſchola Cantorum proſequetur Reſponſorium *Benedicat nos* in contrapuncto ad modulos; tum eodem modo alterum *Felix es*, ut in Proceſſionali Eccl. Pariſ. *pag.* xlvij.

Sic autem procedent:

E majore Aula deſcendent in aream exteriorem; intrabunt aream interiorem, egredientur per portam ſancto-Dionyſio-de-Paſſu contiguam, ac per Clauſtrum; per majorem Clauſtri portam: circuibunt Eccleſiæ Metropolitanæ atrium (1), intrabuntque per principem Eccleſiæ januam.

(1) Le Parvis.

Ingrediente Eccleſiam ſchola Cantorum, reſonabunt Organa loco ſecundæ Reclamationis Reſponſorii *Felix es*, ejus ſcilicet quæ fit poſt *Gloria Patri*.

In Choro ſuper holoſerico pulvino, inter duo candelabra, Evangelii Codex apertus collocabitur in menſa aureo panno ſtrata ad roſtrum Aquilæ, ſpatio duorum pedum inter Aquilam & menſam relicto.

Qui primi in Chorum intraverint, ſcamna hinc & indè occupabunt in Chori parte inferiore.

In iis quæ circum Altare à parte Epiſtolæ, ſedebunt Abbates & Priores; & retrò, Parochi Urbis & Bannileucæ.

In iis verò quæ à parte Evangelii, Decani & Canonici Collegiatarum.

Ponè Faldiſtorium DD. Archiepiſcopi ſedebunt Vicarii-generales, Officialis, & cæteri Officiarii.

Archipresbyter ſanctæ Mariæ Magdalenes ſtabit in Chori ultimo ſtallo inferiore, Altare versùs, à parte Epiſtolæ; Archipresbyter verò ſancti Severini, in ultimo ſtallo à parte Evangelii.

OMNIBUS in Choro conſidentibus, Archidiaconus Pariſienſis Pluviali rubro indutus, è Suggeſtu ad Synodicam Orationem parato converſus ad DD. Archiepiſcopum, dicet:

Venérunt Abbátes, Prióres, Curáti, Sacerdótes, & omnes alii qui intereſſe debent huic ſanctæ Synodo.

Deindè Cancellarius rubro in Pluviali ad Aquilam ſtans,

Digitized by Google

cantabit, deprimendo ad quintam, Jube, Dómine, benedícere: *confeſtim DD. Archiepiſcopus ex Throno ſuo, deprimendo ad tertiam-minorem*, Occurrámus omnes in unitátem fidei, & agnitiónis Fílii Dei, ut non circumferámur omni vento doctrínæ. (*Eph.* 3.) *Chorus reſpondebit*, Amen; *& ſedebit, dum Cancellarius ſequentem cantabit Lectionem.*

Ex libro primo Epiſtolárum ſancti Gregórii Papæ. *Ep.* 24.

CURANDUM ſummóperè eſt ut rector cogitatióne ſit mundus, qui hoc ſuſcépit officii ut in aliénis córdibus máculas tergat; quia neceſſe eſt ut eſſe munda ſtúdeat manus, quæ dilúere ſordes curat, ne tacta quæque detériùs ínquinet, ſi ſórdida ipſa lutum tenet. Cùm me ad conſideranda débita Paſtóris ópera cónfero, perpendo quantâ intentióne curandum eſt ut ſit operatióne præcípuus: qui enim loci ſui neceſſitáte exígitur ſumma dícere, hac eádem neceſſitáte compéllitur ſumma monſtráre. Neceſſe eſt ut & diſcrétus ſit in ſiléntio, & útilis in verbo; ne aut tacenda próferat, aut proferenda reticéſcat. Nam, ſicut incáuta locútio in errórem pértrahit, ita indiſcrétum ſiléntium hos qui erudíri póterant, in errore derelinquit. Rursùm, ut & ſingulis compaſſióne ſit próximus, & præ cunctis contemplatióne ſuſpenſus, ne, aut alta petens, proximórum ínfima deſpíciat, aut ínfimis proximórum cóngruens, appétere alta deſíſtat; neceſſe eſt ut & benè agéntibus ſit per humilitátem ſócius, & contra delinquéntium vítia per zelum juſtítiæ erectus. Sic autem ſervanda eſt virtus humilitátis, ut non ſolvantur jura regíminis: & ſic ſervanda eſt diſciplínæ ſevéritas, ne, dum plùs quàm neceſſe eſt, zelus accénditur, manſuetúdo fúnditùs amittátur. Magnâ diſcretiónis arte ſervanda eſt, & juſtè cónſulens miſericórdia, & piè ſæviens diſciplína. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî. ℟. Deo grátias.

Peractâ lectione, intonabit DD. Archiepiſcopus è Throno Hymnum Veni, creátor Spíritus.

Excipient Muſici, Hymnumque ad modulos, alternatim canentibus organis, abſolvent, ſtante Clero; &, à principio Hymni uſque ad finem, ad Altare converſo. Poſt Hymn. canet Pontifex:

Digitized by Google

℣. Emittes Spíritum tuum, & creabuntur;
℟. Et renovábis fáciem terræ. *Pſ.* 103.

OREMUS.

DA, quæſumus, Eccléſiæ tuæ, miſéricors Deus, ut ſancto Spíritu congregáta, hoſtíli nullátenùs incurſióne turbétur; Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Deindè ad Veſtiarium ibit DD. Archiepiſcopus, veſtimenta ſumpturus ad ſolemnem Miſſam celebrandam; quæ interim in Choro inchoabitur, ſtante ad Pluteum Eccleſiæ Præcentore, & inſigne muneris ſui Baculum tenente.

Miſſa autem celebrabitur ut indicatur in Miſſali, pag. lxiij. *Epiſtolam & Evangelium cantabunt Canonici duo; quibus aſſiſtent Induti ſex. Qui verò Dignitates obtinent, in ſedibus erunt honoris ſui propriis.*

Proximè poſt Evangelium, ante Symbolum, habebitur ſynodalis Oratio ex ea Cathedra quæ in Choro eſt è regione Throni Archiepiſcopalis; quæ idcircò, ut par eſt, ornabitur. Statim poſt Concionem, DD. Archiepiſcopus inchoabit Credo, *quod proſequetur Chorus. Interim Evangeliorum liber oſculandus per Chorum deferetur, ut ſit in iis Feſtis quæ nomen à Præcentore duxerunt: duo alii codices clauſi deferentur ab antiquioribus Indutis ad Abbates & alios, ad dexteram alter, alter ad ſiniſtram.*

Ante Pax Domini, *Pontifex Benedictionem dabit, ut in Benedictionali, in Feſto Pentecoſtes.*

Dum inſtrumenta Pacis deferentur ad D. Cantorem & cæteros de Choro, duo alii Pueri alia duo inſtrumenta deferent eo ordine quo Evangelii Codex, ut ſuprà.

Peracto Sacro, diſcedent omnes, poſt meridiem redituri.

POST MERIDIEM.

HORA poſt meridiem ſecundâ, omnes ad Synodum convocati, majorem in Aulam Archiepiſcopalem convenient, & pro ſua quiſque dignitate ac jure ſedebunt.

Ante caminum, quâ parte proſpectus in hortum datur, in ſuggeſto, quadraginta circiter pedibus longo, Thronus erit Archiepiſcopalis ſuper podio erectus; cujus utrumque ad latus Sedilia toto ſuggeſto in hemicycli figuram diſpoſita Metropolitani Canonici occupabunt. Ponè Thronum ii ſtabunt è miniſtris Archiepiſcopalibus, quibus tunc opus erit. Supra eumdem, Chriſti crucifixi effigies ad parietem appenſa, ſub umbella eminebit.

Ante Thronum, quindecim pedum in omnem partem area patebit, ſcamnis incluſa. Media in area, menſa conſtituetur tapete ſtrata, in eaque pulvinus pro ſuſtinendo Evangeliorum libro ſub umbella appenſa. Ad Pontificis dexteram, unus erit pluteus Promotori paratus; ad lævam alter, ei qui DD. Archiepiſcopo à ſecretis eſt, deſtinatus.

Infra Tabulatum converſi ad Evangelium conſidebunt Beneficiati, Macicoti & Pueri Eccleſiæ Metropolitanæ. Ad dextram ſedebunt Abbates & Priores. Ad ſiniſtram Collegiatarum Canonici. E regione verò, Parochi urbici; retrò, rurales, & cæteri Presbyteri.

Ponè Secretarium, ſedebunt Archipresbyteri in Superpelliceo & almutia, & ſeptem Decani rurales in Superpelliceo & Stola rubra.

Initium Cæremoniæ dabit DD. Archiepiſcopus, è Sacello ſuo cum Eccleſiæ Pariſienſis Canonicis progrediens. Unus è Beneficiariis Diaconus, Dalmaticâ indutus & librum Evangeliorum geſtans, inter Crucem & Baculum Archiepiſcopalem incedet cum Thuriferario & Pueris duobus candelabra ferentibus: qui omnes nudo erunt capite.

Primùm cantabitur ad modulos Antiphona ſequens.



DD.

Digitized by Google

DD. Archiepiſcopus cantat

℣. Emittes Spíritum tuum, & creabuntur;
℟. Et renovábis fáciem terræ. *Pſ.* 103.
℣. Ora pro nobis, ſancta Dei génitrix;
℟. Ut digni efficiámur promiſſiónibus Chriſti.
℣. Lætámini in Dómino, & exultáte, juſti;
℟. Et gloriámini, omnes recti corde. *Pſ.* 31.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam;
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobiſcum;
℟. Et cum ſpíritu tuo.

OREMUS.

MENTES noſtras, quæſumus, Dómine, Paraclétus qui à te procédit, illúminet, & indúcat in omnem, ſicut tuus promíſit Fílius, veritátem.

CONCEDE nos fámulos tuos, quæſumus, Dómine Deus, perpétuâ mentis & córporis ſanitáte gaudére, & gloriósâ beátæ Maríæ ſemper Vírginis interceſſióne, à præſenti liberári triſtítiâ, & æternâ pérfrui lætítiâ.

DEUS, qui beátum Dionyſium Mártyrem tuum atque Pontíficem virtúte conſtántiæ in paſſióne roboraſti; quique illi ad prædicandum géntibus glóriam tuam, Rúſticum & Eleuthérium ſociáre dignátus es: tríbue nobis, quæſumus, ex eórum imitatióne, pro amóre tuo próſpera mundi deſpícere, & nulla ejus adverſa formidáre; Per Chriſtum, &c.

Tum Diaconus, benedictione ſequenti acceptâ, Fúlgeat nobis illuminátio Evangélii glóriæ Chriſti, qui eſt imágo Dei. (2. *Cor.* 4.) *cantabit ex S. Lucæ Evangelio:* Deſignávit Dóminus, &c. *ut habetur in natali Presbyteri*, pag. xv. *Quo abſoluto, deferetur liber ad DD. Archiepiſcopum, ut eum oſculetur, & ipſe incenſabitur. Poſteà deferetur liber in menſam ad id paratam, & apertus ſuper ea collocabitur.*

Hic nominatim omnes appellabuntur, qui ad Synodum adeſſe debent.

Si quid autem ſit, quod Clero ſuo ſignificare aut præſcribere velit DD. Archiepiſcopus, quo ipſi videbitur tempore, id faciet.

Poſt nominum recenſionem, editis à Promotore poſtulatis ſuis, continuò Statuta perlegentur. Exin de privatis negotiis, ſi quæ ſint, agetur: iique audientur, qui aliquid proponendum habuerint.

Archipresbyteri & Decani rurales recenſebunt Beneficiarios ſuæ quiſque regionis, qui à poſtrema Synodo vitâ exceſſerint: ſtatimque pro iis cantabitur Pſalmus De profundis, *cum verſiculis* Requieſcant in pace, &c. *&* *Orationibus*, Deus, qui inter Apoſtólicos, &c. *&* Fidélium, &c.

Promulgatis Indulgentiis, ad terminandam Synodum dicetur Pſ. Ad te levavi, &c. *cum* ℣. *&* *Orat. ut in Pontificali Pariſ.*

Diſceſſuris DD. Archiepiſcopus ſolemni ritu benedicet.

Denique, omnibus peractis, dicet Archidiaconus:

Ite in pace.

Reſpondebit Clerus: Deo grátias.

PASTORES in Synodo congregati, ſcripto referent ad DD. Archiepiſcopum de ſubjectis articulis, ad Parochiarum ſtatum pertinentibus.

SUUM quiſque Parochus inſcribet nomen; tum Diœceſeos ex qua oriundus eſt, deindè Paroeciæ cui præeſt; item Sancti, primarii ac titularis Patroni Eccleſiæ ſuæ; denique Decanatûs intrà quem jacet Parochia.

An dedicata ſit Eccleſia.

Quis in eam jus Patronatûs habeat.

An Eccleſia & Cœmeterium ritè clauſa ſint, & ſartatecta habeantur.

An conſecrata ſint Altaria, aut ſaltem conſecratos lapides habeant; & num aliqua in his ſit notabilis fractura.

An Eccleſia idoneis ornamentis inſtructa ſit; Calicibus argenteis cum cupa interiùs deaurata, aliiſque Vaſis ſacris; tum linteis: libris denique ad cantum Diœceſeos proprium.

An ſint in ea Reliquiæ; an decenter collocatæ; an authenticis teſtimoniis confirmatæ.

An non ibidem ſint picturæ, periſtromata, aut imagines ullæ, quæ locum non deceant.

An præſcriptæ in Statutis Officii divini horæ ſerventur.

Qui ſint Eccleſiæ proventus annui; quid de collecta ſtipe fiat; num accepti

Digitized by Google

expensique rationes reddantur, & cui: num confectus index Chartarum; num eæ conserventur ut par est, & commodè dispositæ sint.

Quæ sint Fundationes; an iis satisfiat.

Quæ sint Confraternitates; an Archiepiscopali auctoritate institutæ; an rectè administrentur; an earum rationes, & cui reddantur.

An non in Cœmeteriis nundinæ ac mercatus instituantur, aut alibi uspiam Dominicis diebus, ac Festis solemnibus.

An non divini Officii tempore, vel tabernæ popinæque apertæ sint, vel choreis & saltationibus indulgeatur.

Quis sit Communicantium numerus.

Num aliqui annuæ Confessionis & Paschalis Communionis præcepto non satisfecerint, & quàm pridem.

Sintne peccatores publici, blasphemiâ, juramentis, impietate, ebrietate, concubinatu, & hujusmodi flagitiis infames: item excommunicati, hæreseosve suspecti: vel qui sortilegia, maleficia, superstitiones profiteantur.

Sintne qui cum scandalo inimicitias exerceant.

An fœneratores.

An conjuges sine legitima causa dissociati.

An invalida Matrimonia, sive quòd clandestina sint, sive quòd cum Impedimentis dirimentibus iisque cognitis contracta.

An sint qui palàm negligant res ad salutem necessarias discere, aut curare ut eas liberi sui ac domestici doceantur; cùm nec ipsi Pronais parochialibus & Catechismis intersint, nec suos curent iis interesse.

An cunctentur parentes liberos suos ad Ecclesiam baptizandos deferre: & num supersint aliqui nondùm Baptismi Cæremoniis initiati.

An intrà Parœciæ fines aliqua sint Beneficia, præter ipsum Curiale; an hospitales Domus; quinam illa obtineant, quinam has administrent: qui sint eorum Sancti patroni sive titulares; quis status; qui annui reditus; quis Collator; an eorum officiis satisfiat.

An ibidem Sacella domestica sint, & quàm multa: quinam in iis Missam celebrent; cujus concessu; an personam facultas ista, si qua concessa sit, an locum spectet: quis earum status; an certis reditibus dotatæ sint; an Fundatorum voluntatibus pareatur.

An sit in Parochia Vicarius, an Capellanus, aliive Presbyteri aut Ecclesiastici: quod cuique nomen, quænam ætas, quæ Diœcesis; & si ex alia fortè sint, an exeundi licentiam scripto acceperint: an ad celebrandam Missam & audiendas Confessiones approbati sint; an non elapsum sit Approbationum tempus; an moribus præditi sint cum ipsorum professione consentientibus.

An scholæ Magister Magistrave in Parochia sit, cujus probati sint mores. Annon pueri in eadem ac puellæ scholâ doceantur.

An ibidem sit obstetrix, Baptismi, ubi necesse fuerit, validè administrandi perita.

Nihilne adversùs personas Ecclesiasticas, earumve jura bonaque attentari sciat Parochus.

Sintne in ipsius tractu Hæretici: num aliquâ ratione ad Ecclesiæ Catholicæ unitatem seduci possint.

Digitized by Google

ORDO

HABENDI CALENDAS.

CUM DD. Archiepiſcopus habiturus eſt Calendas, id eſt convocationem Parochorum uniùs Decanatûs, dies & locus convocationis in aliquam Eccleſiam Decanatûs denuntiabitur ſingulis Parochis per Decanum Ruralem, à quo deſignabuntur Miniſtri qui Altari inſerviant.

Eccleſia ornamentis pretioſioribus inſtruetur.

In medio Chori parabitur tabulatum opertum tapete, cum Faldiſtorio, genuflexorio, pulvinaribus, & umbella.

Collocabuntur ad utrumque latus Faldiſtorii in tabulato duo ſedilia ad uſum præcipuorum DD. Archiepiſcopi Miniſtrorum, & aliæ ſedes extra tabulatum.

Ad portam domûs Presbyteralis, ſeu alterius commodioris quâ utetur DD. Archiepiſcopus, parabitur umbella & Crux minor ſuper pulvinari & tapete ſtrato.

Pulſabuntur Campanæ feſtivo ſono pridiè celebrationis Calendarum ad veſperam, ipſo celebrationis die matutinis horis, & ad DD. Archiepiſcopi adventum.

Horâ dictâ, convenient in Eccleſiam Parochi cum Superpelliceis, Stolis & Biretis.

Cum DD. Archiepiſcopus advenerit, procedent ſinè cantu cum Cruce & Ceroferariis ad domum, Decano ad dextram, & Parocho Eccleſiæ ad ſiniſtram, utroque in Pluvialibus rubri coloris.

Decanus, vel, eo abſente, Parochus Eccleſiæ ſtans oſculandam porriget Crucem DD. Archiepiſcopo in genua provoluto.

Poſteà imponet Antiphonam ſequentem:



In-ve-ni. 7. *d.*

Tum duo Cantores incipient Canticum Benedictus, *de ſeptimo tono in d; quod alternis proſequetur Clerus.*

DD. Archiepiſcopus procedet cum Clero ſub umbella, quæ à duobus Presbyteris vel ab inſignioribus loci geſtabitur.

Digitized by Google

Ingreſſus Eccleſiam Chorus ſtabit in Navi, ſine cantûs intermiſſione.

Interim Parochus ad portam Eccleſiæ ſtans, porriget Aſpergillum & incenſum DD. Archiepiſcopo, ut ſuprà in Ordine Viſitationis; eumque incenſabit aperto capite, cum inclinatione antè & poſt.

DD. Archiepiſcopus tabulatum aſcendet, in eoque ſtabit.

Finito Cantico Benedictus, *cantabitur Antiphona ſequens.*



Finitâ Antiphonâ, Parochus loci, ſtans ad cornu Epiſtolæ, & ad Pontificem versâ facie, cantabit Verſus & Orationes ſequentes.

℣. Protector noſter áſpice, Deus;
℟. Et réſpice in fáciem chriſti tui. *Pſ.* 83.
℣. Salvum fac ſervum tuum *N.* Antiſtitem noſtrum,
℟. Deus meus, ſperantem in te. *Pſ.* 85.
℣. Mitte ei, Dómine, auxílium de ſancto;
℟. Et de Sion tuére eum. *Pſ.* 19.
℣. Nihil proficiat inimícus in eo;
℟. Et filius iniquitátis non appónat nocére ei. *Pſ.* 88.
℣. Dómine, exáudi.
℣. Dóminus vobiſcum;

Digitized by Google

OREMUS.

OMNIPOTENS ſempiterne Deus, effúndere dignáre ſuper hunc fámulum tuum *N.* Pontificem noſtrum, & ſuper cunctas congregatiónes illi commiſſas Spíritum grátiæ ſalutáris; atque ut in veritáte tibi compláceat, perpétuum ei rorem tuæ benedictiónis infunde.

DEUS, humílium viſitátor, qui eos paternâ dilectióne conſoláris; hanc noſtræ ſocietáti grátiam concéde, ut, per eum quem in nómine dilecti Fílii tui venientem ſuſcípimus, tuum in nobis ſentiámus adventum; Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Finitis Orationibus, cantabitur Antiphona de Patrono Eccleſiæ. Interim DD. Archiepiſcopus aſcendet ad Altare, & illud oſculabitur. Cantabit Verſum & Orationem, & ſolemniter benedicet Parochis ſtantibus & ad eum converſis. Tum deſcendet ad infimum Altaris gradum, &, Choro ſtante, incipiet, flexis genibus, Hymnum Veni, Creátor, *ut ſuprà*, p. 108.

Poſt Hymni primam ſtrophen, redibit ad tabulatum, ubi ſtans cantabit

℣. Emittes Spíritum tuum, & creabuntur;
℟. Et renovábis fáciem terræ. *Pſ.* 103.

OREMUS.

DEUS, qui corda Fidélium ſancti Spíritûs illuſtratióne docuíſti; da nobis in eódem Spíritu recta ſápere, & de ejus ſemper conſolatióne gaudére.

MENTES noſtras, quæſumus, Dómine, Paraclétus qui à te procédit, illúminet, & indúcat in omnem, ſicut tuus promíſit Fílius, veritátem.

DA, quæſumus, Eccléſiæ tuæ, miſéricors Deus, ut ſancto Spíritu congregáta, hoſtíli nullátenùs incurſióne turbétur; Per Chriſtum, &c. ℟. Amen.

Digitized by Google

Quibus dictis, celebrabitur Miſſa à Parocho de Spiritu ſancto (vel de die, ſi ſit Officium duplex) ſolemni ritu, cum Presbytero aſſiſtente, Diacono & Subdiacono, quatuor Indutis, duobus Choriſtis in Pluvialibus, Thuriferario, Acolythis, & Crucigero.

Adjungentur Orationi Miſſæ Orationes ſequentes.

DEus, qui pópulis tuis indulgéntiâ cónſulis & amóre domináris, Pontifici noſtro N. cui dediſti régimen diſciplínæ, da Spíritum ſapiéntiæ; ut de profectu ſanctárum óvium fiant gáudia æterna Paſtóris.

OMNIPOTENS ſempiterne Deus, cujus Spíritu totum Eccléſiæ corpus ſanctificátur & régitur: exáudi nos pro univerſis ordínibus ſupplicantes; ut, grátiæ tuæ múnere, ab ómnibus tibi grádibus fidéliter ſerviátur. Per Dóminum noſtrum, &c. in unitáte ejuſdem Spíritûs ſancti, &c. ℟. Amen.

Diaconus ante Evangelium petet benedictionem, flexis genibus, à DD. Archiepiſcopo; & Thuriferarius, etiam flexis genibus, imponet incenſum thuribulo, & illud Pontifici offeret, dicens, Bénedic, Pater Reverendiſſime.

Lecto Evangelio, Subdiaconus Textum ipſi porriget oſculandum; & Diaconus ſtans eum incenſabit.

Cùm Agnus Dei *cantabitur, Diaconus porriget DD. Archiepiſcopo inſtrumentum Pacis, & eum incenſabunt duo Thuriferarii. Cantatâ Poſtcommunione, ter cantabitur verſus*, Dómine, ſalvum fac Regem, &c.

Et Celebrans adjunget Orationibus Poſtcommunionis Orationem pro Rege, Quæſumus, omnípotens Deus, ut fámulus tuus, &c. *ut in Miſſali, pag.* CXIX, *inter Orationes ad diverſa.*

In fine Miſſæ, Miniſtris ad latus Evangelii, & cæteris de Choro ſtantibus, DD. Archiepiſcopus Benedictionem impertietur.

Sacerdos cum miniſtris revertetur ad Veſtiarium, & dicet Evangelium In principio, *vel aliud, ſi dicendum ſit. Interim DD. Archiepiſcopus ſtans incipiet recto tono & mediocri voce*

Digitized by Google

Psalmum De profundis, *prosequente Choro cum* Kyrie, eléison: Christe, eléison; Kyrie, eléison.

Et dicto Pater noster *secretò, DD. Archiepiscopus dicet altâ voce, deprimendo à* Fa *in* Re:

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem;
℟. Sed líbera nos à malo.
℣. In memória æterna erunt justi;
℟. Ab auditióne mala non timébunt. *Ps.* 111.
℣. A porta ínferi
℟. Erue, Dómine, ánimas eórum. *Ps.* 88.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam;
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum;
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

DEUS qui inter Apostólicos Sacerdótes fámulos tuos Pontificáli & Sacerdotáli fecísti dignitáte vigére; præsta, quæsumus, ut eórum quoque perpétuo aggregentur consórtio.

DEUS, véniæ largítor & humánæ salútis amátor, quæsumus cleméntiam tuam, ut nostræ congregatiónis fratres, propinquos & benefactóres qui ex hoc século transiérunt, beátâ Maríâ semper Vírgine intercedente cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis consórtium pervenire concédas.

DEUS, cujus miseratióne requiescunt ánimæ Fidélium; fámulis & famulábus tuis ómnibus hìc & ubíque in Christo quiescéntibus da propítius véniam peccatórum; ut à cunctis reátibus absolúti, tecum sine fine lætentur; Per Christum, &c.

Postèa dimittentur Laïci.

DEINDÈ habebitur Exhortatio ad Parochos: quâ finitâ, vocabuntur singuli à Secretario. Tum accedent ad Secretarium singuli, eique statum Ecclesiæ suæ scripto tradent; numerum & officia Presbyterorum & Clericorum qui Ecclesiæ inserviunt: & si quid in eorum moribus sit reprehensibile, DD. Archiepiscopum privatim admonebunt.

Referent

Referent ſi qua ſint ſcandala, rixæ, lites & inimicitiæ inter Parochianos: Numerum Communicantium: Num aliqui annuæ Confeſſionis & Paſchalis Communionis præcepto non ſatisfecerint, & quàm pridem: Numerum, fidem & mores recèns converſorum: Annuos Fabricæ reditus, & Matriculariorum adminiſtrationem: Beneficia intrà Parochiæ fines ſita; Patronos ad quos nominatio pertinet, & Sanctos Titulares: Collationum Eccleſiaſticarum (ſi habeantur) ſtatum; ſtudiumque & diligentiam Presbyterorum in iis frequentandis; Sententias ſingulorum de propoſitis in unaquaque Collatione capitibus ſcripto tradet ejuſdem collationis Secretarius. Diſtribuentur ſingulis capita & argumenta Collationum; indicabiturque locus in quo habendæ ſint. Eligentur, ſi opus ſit, Officiarii. Afferetur DD. Archiepiſcopo excuſationis abſentium cauſa. Nominabit Decanus eos qui à proximis Calendis intrà fines ſui Decanatûs obierint; & commendabuntur aſtantium precibus & Sacrificiis.

Tum DD. Archiepiſcopus mandata quæ neceſſaria judicaverit, edicet; ac de iis quæ animadverſione digna acceperit, ſecretò vel publicè, pro ſua prudentia, admonebit.

Quibus peractis, incipiet Canticum Te Deum, *proſequente Choro.*

Deindè cantabit verſus ſequentes:

℣. Benedicámus Patrem & Fílium cum ſancto Spíritu:
℟. Laudémus & ſuperexaltémus eum in ſécula.
℣. Memor eſto congregatiónis tuæ,
℟. Quam poſſediſti ab inítio. *Pſ.* 73.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℣. Dóminus vobíſcum.

OREMUS.

DEus, cujus miſericórdiæ non eſt númerus, & bonitátis infinítus eſt theſaurus; piíſſimæ majeſtáti tuæ pro collátis donis grátias ágimus, tuam ſemper clementiam exorantes, ut qui peténtibus poſtuláta concédis, eoſdem non déſerens, ad præmia futúra diſpónas.

DOMINE Deus omnípotens, qui fámulos tuos víneæ tuæ operários hodiernâ die in unum congregaſti; fac eos de Spíritu ſancto purum in mente veritátis lumen, & novum in corde charitátis ignem concípere; ut qui miniſtérii dignitáte pópulo tuo præſunt, verbi etiam divíni prædicatióne, morum

integritáte ac zeli ardóre prodeſſe mereantur; Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Denique Parochi, flexis genibus, accipient DD. Archiepiſcopi Benedictionem; eumque ſine cantu, bini & bini comitabuntur uſque ad domum in qua diverſatus fuerit.

Si Calendæ celebrentur à Vicario-generali, vel ab alio Sacerdote ex mandato DD. Archiepiſcopi, omnia fient eodem ritu, præter ea quæ ſequuntur.

Non procedet ipſi Clerus obviàm cum Pluvialibus.

Nulla adhibebitur umbella.

Tabulatum non parabitur in medio Chori, ſed tantùm Faldiſtorium cum genuflexorio.

Si Sacrum faciat, ſervabitur ritus ſolemnis in Miſſali præſcriptus.

Incenſabitur quidem ante Choriſtas; oſculandus ipſi porrigetur Evangelii textus, & inſtrumentum Pacis: ſed his duobus temporibus non incenſabitur.

Digitized by Google

FORMULA PRONAI,

INTRA Miſſam Parochialem quater ſingulis annis legenda: ſcilicet Dominicâ ſecundâ Adventûs, Dominicâ ſecundâ Quadrageſimæ, Dominicâ intrà Octavam Aſcenſionis, & Dominicâ poſt Quatuor-Tempora Septembris.

Cantato Evangelio, Parochus aut Vicarius, depoſitâ Caſulâ & Manipulo, vel, ſi non celebret, Superpelliceo indutus (& ſi ſit Parochus, Stolâ coloris Officio convenientis deſuper ornatus), in Concionum Cathedram, præcedente miniſtro hunc Librum gerente, aſcendit; ſedenſque, diſtinctâ & intelligibili voce legit ea quæ ſequuntur:

Au nom du Pere ✠, & du Fils, & du Saint-Eſprit. Ainſi ſoit-il.

CHRÉTIENS mes Freres, tous les jours de notre vie appartiennent à Dieu, & doivent être employés pour ſa gloire. Vous devez donc, au milieu même des ſoins extérieurs & des travaux qui vous occupent dans le cours de chaque ſemaine, vous devez louer le Seigneur, le glorifier, le ſervir, & lui rapporter toutes vos actions. Operto capite.

Mais ſi vous êtes obligés de ſanctifier tous les jours de votre vie par votre piété & par l'innocence de vos mœurs, il en eſt un, dans chaque ſemaine, que vous devez plus particulierement ſanctifier: c'eſt *le jour du Seigneur*, que nous appellons *le Dimanche*, ſubſtitué

Digitized by Google

au Sabbat des Juifs, en mémoire de la Réſurrection de JESUS-CHRIST. Si, dans les jours ordinaires, il vous eſt permis de vous occuper des œuvres ſerviles, vous ne le pouvez, ſans péché, le jour du Dimanche, & autres jours qui ont le même privilege. S'il ſuffit, en tout autre tems, de ſanctifier vos actions par des intentions pures, de vous rappeller la préſence de Dieu, & de vous renouveller par intervalles dans ſon amour & dans ſa crainte; vous devez, le jour du Seigneur, faire de ſon culte votre occupation principale, & paſſer la meilleure partie de ce ſaint jour dans les exercices de la piété Chrétienne.

Pour remplir aujourd'hui ce devoir, & vous en acquitter avec fruit, entrez dans les diſpoſitions de la Victime qui va s'immoler ſur cet Autel pour les beſoins de toute l'Egliſe, & pour les vôtres en particulier. Uniſſez vos vœux à notre miniſtere dans le Sacrifice auguſte que nous allons offrir, pour reconnoître le ſouverain domaine de Dieu ſur toute créature, pour le remercier de vous avoir tirés du néant, rachetés par le Sang précieux de ſon Fils bien-aimé, appellés à la vie éternelle, ſanctifiés par ſon Eſprit; pour lui demander ſa miſéricorde, le pardon de vos péchés, & les ſecours qui vous ſont néceſſaires pour le ſalut de l'ame & pour la vie du corps.

Et comme ces ſaintes aſſemblées ſont inſtituées pour entretenir, par un commerce de prieres, l'eſprit d'union & de charité entre les Fideles de cette Paroiſſe & les autres membres de l'Egliſe; nous offrirons nos vœux au Seigneur pour la conſervation & l'accroiſſement de la Religion Catholique, Apoſtolique & Ro-

Digitized by Google

maine, pour l'exaltation de la ſainte Egliſe notre Mere; afin qu'il daigne lui accorder une paix inaltérable, réunir ſous ſon obéiſſance & dans ſa communion tous les Hérétiques & Schiſmatiques, faire connoître & embraſſer les vérités de la Religion aux Infideles & à tous les hommes répandus dans l'Univers.

Nous prierons pour notre ſaint Pere le Pape; pour Monſeigneur notre Archevêque, pour tous les Prélats & Paſteurs de l'Egliſe; afin que, par le ſecours du Ciel, ils puiſſent ſe ſanctifier en travaillant avec zèle au ſalut des ames qui leur ſont confiées.

Nous prierons pour la paix & l'union entre les Princes Chrétiens; pour la tranquillité du Royaume & des familles: nous demanderons à Dieu qu'il banniſſe à jamais la diſſenſion d'entre les enfans du même Pere céleſte; afin que tous nos cœurs, comme ceux des premiers Fideles, ſoient unis enſemble par les liens d'une ſincere & inviolable charité.

Nous prierons pour la perſonne ſacrée du Roi, & pour la proſpérité de ſon Regne; pour la Reine, pour Monſeigneur le Dauphin (& Madame la Dauphine); pour tous les Princes & Princeſſes de la Famille & du Sang Royal; pour tous les Ordres du Royaume (*hìc, in Eccleſiis ruralibus, nominandus eſt loci Dominus, vel Domina*) pour Monſieur *N.* Seigneur (*ou* Madame *N.* Dame) de cette Paroiſſe; pour les bienfaiteurs de cette Egliſe; pour tous les habitans de cette Paroiſſe, & ſpécialement pour ceux qui offrent aujourd'hui le Pain-béni.

Digitized by Google

Nous prierons pour la converſion des pécheurs, & pour l'avancement ſpirituel des Juſtes ; pour toutes les perſonnes conſacrées à Dieu ; pour les pauvres, & autres perſonnes affligées, ou expoſées à quelque danger.

Nous demanderons au Seigneur d'écarter loin de nous la guerre, la famine, les maladies contagieuſes, & tous les fléaux de ſa juſtice. Nous le ſupplierons d'accorder un tems favorable pour la conſervation, l'abondance & la maturité des fruits de la terre ; afin qu'après les avoir recueillis avec action de graces, nous puiſſions en uſer pour ſa plus grande gloire, pour nos beſoins, & pour ceux de nos freres. Enfin nous adreſſerons à Dieu nos vœux généralement pour tous ceux qui font profeſſion de la Foi de l'Egliſe Catholique, Apoſtolique & Romaine.

A ces intentions, nous allons réciter des Prieres, pour nous diſpoſer à en faire de plus efficaces dans l'action même du ſaint Sacrifice. Ceux qui ne ſavent pas ces Prieres, diront en particulier : *Notre Pere*, &, *Je vous ſalue, Marie.*

